



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Cornelii Iansenii Episcopi Iprensis Avgvstinvs

In Qvo Genuina sententia profundissimi Doctoris de Auxilio gratiæ medicinalis Christi Salvatoris, & de prædestinatione hominum & Angelorum proponitur, ac dilucidè ostenditur

Jansenius, Cornelius

Lovanii, 1640

De gratia Christi Salvatoris Liber IV. Qui est gratia Christi, quantum ad essentiam & divisiones ejus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13704

CORNELII IANSENII
EPISCOPI IPRENSIS.
DE
GRATIA CHRISTI
SALVATORIS
LIBER QVARTVS.

Qui est de gratia Christi quantum ad
essentiam & divisiones ejus.

CAPVT PRIMVM.

Quid sit medicinale Christi adiutorium secundum substantiam.
Esse coelestem *suauitatem* seu *delectationem* juxta mentem sancti
Augustini, ostenditur primo ex Scripturis, quibus
ipse utitur, & alijs diversis ejus
testimonijs.



DE gratia Dei medicinali quantum ad operandi modum, tam de illa cui vulgo nomen *Efficacis*, quam cui *suauitatis* nomen tribui solet, satis diximus. Nunc aliquid adjungendum est de substantia seu natura *efficacis*. Non enim exigua inter Doctores recentiores controversa est, quid illa gratia sit, qua Deus cor hominis convertit, & in eo bonum operatur. Alij namque putant esse sanctam cogitationem, cujus perditam esse facultatem sancti tradunt; alij esse quoddam indeliberatos motus amoris, timoris, spei, vel similis cuiuspiam affectionis, qua voluntas ad amandum, timendum, sperandum excitatur: alij esse physicam praedeterminationem potentiae voluntatis ad operandum; quam ita declarant alij, ut sit praenotio quaedam actualis per modum qualitatis transeuntis cum operatione voluntatis; alij ut sit realiter ipsa operatio causa secunda ut procedit ex influxu Dei promotente; alij denique ut sit aliquid habens esse incompletum per modum quo colores sunt in aere, & virtus artis in instrumento artificis, quod à solo Deo in secunda causa producit, & proprio vocabulo dici posse putant, motionem virtuosam, qua primus agens efficit ut voluntas operetur. Quid de singulis istis, & si quae fortassis aliae sunt, opinionibus, arbitrandum sit juxta divi Augustini sententiam,

non est opus longo discursu sigillatim patefacere. Res enim per seipsa loquitur, cum veritas ex ejus scriptis innumeris testimonijs suffragantibus apparuerit. Nam cognitio veritatis, ut idem ait, omnia falsa, si modo profuerint, etiam quae prius maledicta erant, & dijudicare & subverti idonea est.

Vel igitur sanctissimi & securissimi Doctoris inhaerere qui statuerit, non multum in ista difficultate quae tantopere recentiorum indolentiam exercuit, laborabit. Videbit enim perspicue ex omnibus operibus ejus ac locis inter se concinentibus, gratiam istam Christi Salvatoris medicinale, quam efficacem schola vocat, non aliud esse, quam coelestem quandam atque ineffabilem suauitatem; seu spiritalem delectationem, qua voluntas praevenerit & flectitur, ad volendum faciendumque quicquid eam Deus velle & facere conliverit. Testimoniorum quibus hoc Augustinus tradit, immensa paene seges est. Ne tamen inconfusa sui mole, lectoris fatigent intentionem, in certas classes ea partiemur: ex quibus vel omnibus vel singulis, liquidò constabit, nullum esse genus actionis aut voluntatis bonae, nullum effectum efficacis gratiae, qui non isti caelesti delectationi tanquam verae gratiae Christi veraeque causae tribuatur.

In primis igitur hoc probat, quod quando Augustinus illam veram Christi gratiam qua Deus in nobis & velle operatur & facere, ex Scripturis astruit, plurimis locis illam Scrip-
turam

petram velut evidentissimam allegat, Dominus dabit suavitatem, & terra vestra dabit fructum suum. Hoc enim facit in libro secundo de peccatorum meritis & remissione. Nam quærens unde contingat, quod homines aliquando nolunt id quod iustum est facere, inter cetera sic respondet: Ideo quisquis nostrum bonum opus suscipere, agere, implere nunc scit, nunc delectatur, nunc non delectatur, ut noverit non sua facultate sed divini muneris esse vel quod scit vel quod delectatur. De sic ab elationis vanitate sanetur, & sciat quam vere non de terra illa, sed spiritaliter dictum est; Dominus dabit suavitatem, & terra vestra dabit fructum suum. Et inferius: Nos autem quantum concessum est sapimus & intelligimus, si possumus, Dominum Deum bonum: ideo etiam sanctis suis aliquid operum nostrum aliquando non tribuimus, vel certam suavitatem vel victicem DELECTATIONEM, ut cognoscant non a seipsis, sed ab illo sibi esse lumen, quo illuminentur tenebræ coram, & suavitatem, qua de fructum suum terra vestra. Hanc autem esse verissimam illam & sincerissimam & efficacem gratiam, quæ in omnibus Ecclesiæ precibus postulatur, ibidem perspicuis verbis adjicit: Cum autem ab illo illius adiutorum deprecamur ad faciendam, perficiendamque vestram, quid aliud deprecamur quam ut aperiat quod latebat, & SVAVE FACIAT QVOD NON DELECTABAT: quæ & hoc ab illo esse deprecandum eius gratia dicitur: dum antea latebat, eius gratia dileximus, DVM ANTEA NON DELECTABAT. Nam illa delectatione deficiente, statim anima ab operibus bonis refrigerando, torpescit, sicut ibi dicitur: Ideo etiam sanctos & fideles suos, in aliquibus vitis tardius sanat, ut in his eos minus quam implendo ex omni parte vestra sufficit DELECTET BONVM, sive cum lateat, sive etiam cum manifestum est ut quantum pertinet ad integritatem regulam veritatis eius non intelligitur in conspectu eius omnia vovens. Et in sermone undecimo de verbis Apostoli eundem gratiam nomine suavitatis in Scriptura significatam docet. In eo quod accepimus; illi gloriam demus, ipsum honoremus, semina sui ipse compluit. Quid haberet terra vestra nisi ipse seminasset? Sed dat & pluviam, non deserit quod seminavit. Dominus dabit suavitatem, & terra vestra dabit fructum suum. Et in sermone decimo quinto: Ergo fratres mei habet delicias suas iniquitas, & iustitia non habet? Delectat malum & non delectat bonum? Delectat omnino: sed Dominus dabit suavitatem. & terra vestra dabit fructum suum. Ille nisi prior desuavitatem, terra non habebit nisi sterilitatem. Et in sermone 4. de verbis Domini: Suavia sunt, dulcia sunt, delectabilia sunt (secularia) sed audi meliora: Narraverunt mihi iniqui delectationes suas, sed non in lex tua Domine. Felix anima, qua huiusmodi delectationibus oblectatur, ubi turpitudine nulla iniquitatis, & veritatis serenitate purgatur. Quem autem delectat lex Dei, & sic delectat ut omnes delectationes lascivie ruciat, non sibi arroget istam delectationem; Dominus dabit suavitatem. Quid dicam? Domine da mihi illam suavitatem vel illam? Suavis es Domine, & in tua suavitatem doce me iustitias tuas: In tua suavitatem doce me, & doces me. TUNC DISCO

VT FACIAM, si in suavitatem tua doceas me. Ceterum quamdiu blanditur, iniquitas, & dulcis est iniquitas, amara est veritas. In tua veritate doce me: ut suavis sit veritas: DULCEBINE TVA CONTEMNATUR INIQUITAS. Quas Scripturas: In suavitatem tua doce me. Et, narraverunt mihi iniqui delectationes suas, sed non in lex tua, etiam alijs in locis ad eandem veritatem inculcandam adhibet, ut ostendat, Deum cum ita docet, ut homo faciat, hoc ipsum ineffabili quadam dulcedine trahente operari. Et in Psalmum octogesium quartum, unde locus ille sumptus est: Quid est quod dixit: Insistite de celo prospexerit? Et enim Dominus dabit, inquit, suavitatem, & terra vestra dabit fructum suum: nos ergo respiciamus nos; & si nihil in nobis invenimus nisi peccata, & ocerimus peccata, & desideremus iustitiam. Et consistens illis peccata tua mereretur ab illo DELECTATIONEM, & suavitatem iustitiae faciendam, dabit tibi, ut incipiat te delectari iustitia, quem primo delectabat iniquitas: ut qui primo gaudebas in ebrietate, gaudeas in sobrietate: & qui primo gaudebas de furtis, ut tolles homini, quod non habebas, quæras donare non habenti, quod habebas. Et quem delectabat rapere, delectet donare, quem delectabat spectare, delectet orare: quem delectabat cantare nugatoria & adulterina, delectet hymnum dicere Deo, currere ad Ecclesiam, qui primo currebat ad theatrum. Unde nata est ista suavitatis, nisi quia Dominus dabit suavitatem, & terra vestra dabit fructum suum? Et mox: Suscepistis semen (predicationis mee) cogitate de verbo quod audistis, tanquam glebas frangentes, ne semen rapiant volatilia, ut possit ibi germinare quod seminatum est. Et nisi Deus pluvius, quid prodest quod seminatur? Hoc est, Dominus dabit suavitatem, & terra vestra dabit fructum suum. Et ostendens pluviam istam germinare & crescere facientem verbum Dei, esse suavitatem illam calidos depluentem: Ille enim, inquit, visitationibus suis, in otio, in negotio, in domo, in lecto, in convivio, in colloquio, de ambulatione vestret corda vestra, ubi nos non sumus. Veniat imber Dei & fructificet quod ibi seminatum est. Et ibi non sumus nos, & securi quæscimus, aut aliud agimus. Deus det incrementum seminibus qua speramus, ut attendentes postea bonos mores vestros etiam de fructu gaudeamus; quoniam DOMINUS DABIT SVAVITATEM, & terra vestra dabit fructum suum. Simili modo tractat, & usurpat ad eandem veritatem asserendam alijs locis; quibus congerendis frustra immorer, cum ista sententiam ejus declarent apertissimè.

Sic & illum locum: Prævenisti enim in benedictionibus dulcedinis (quo gratia præveniens hominis voluntatem, & retorquens eam à malo ad bonum; indicatur) nonnunquam ad eandem suavitatem astruendam accersit, tanquam gratiam qua voluntas ad bonum concupiscendum volendumque transfertur. Ut in libro secundo ad Bonifacium: Misericordia eius prævenit me; & ipse est cui fideliter veraciterque cantatur: quoniam prævenisti cum in benedictione dulcedinis. Et quid hic aptius intelligitur quam ipsa de qua loquimur cupiditas boni? TUNC ENIM BONVM CONCVPISCI INCIPIT CVM DVLCEBINE

Ubi de peccatoribus

Ubi de peccatoribus

Ubi de peccatoribus

Ubi de peccatoribus

Ubi de peccatoribus

Ubi de peccatoribus

Enarr in Psal. 84. in fine.

Ubi de peccatoribus

Ubi de peccatoribus

Ubi de peccatoribus

CERE INCIPIT. Et paulo post: ERGO A
 BENEDICTIO DULCEDINIS EST GRATIA
 DEI, QUAE FIT IN NOBIS, UT NOS DE-
 LECTET ET CUPIAMUS hoc est amemus quod
 praecipit nobis in qua si nos non PRAEVENIT
 DEUS, non solum non perficitur, sed nec inchoa-
 tur ex nobis. Nescio quid disertius & clarius po-
 stulari possit ab Augustino, ut sciamus quid
 ipse sentierit esse gratiam illam, qua fit ut bo-
 num velle & facere incipiamus. Apertissimis
 enim verbis clamat esse suavitatem quam Deus
 de caelo pluit, esse delectationem, esse benedictionem
 dulcedinis, qua fit in nobis ut nos non solum de-
 lectet, sed etiam cupiamus bonum. Et hanc
 ita tradit esse gratiam Dei, ut sine illius pra-
 eventione, bonum neque perficere neque inchoa-
 re possimus.

Quod sane & alijs diversis locis non minus
 luculenta testificatione consignat. Nam istam
 gratiam delectationis ab Apostolo significa-
 tam esse docet, quando ad Romanos dicit:
 Condelectator legi Dei secundum interio-
 rem hominem de magna nobis venit gratia Dei. In
 ea quippe interior homo noster renovatur de de in
 diem, cum in ea proficit perseveranter. Non enim ti-
 mor est torquens, sed amor libens, ibi sumus veraciter
 liberi, ubi non delectamur in vitiis.

Et in libro de gratia Christi in Scriptura
 illa, suavis es Domine, & in tua suavitate doce me
 institutam tuam, sicut ipse legit, eandem efficacem

lib. de grat. Christ. 13. expressam esse testatur. Instituta, id est opus ju-
 stitiae ex Deo dicitur, quae datur per gratiae benefi-
 ciam, ut non sit terribile sed suave mandatum, sicut
 oratur in Psalmo, suavis es Domine, ET IN TVA
 SVAVITATE DOCE ME institutam tuam: ad est
 ut non formidine poena serviliter cogar esse sub lege,
 sed libera charitate DELECTER esse cum lege.
 Praeceptum quippe liber facit, qui LIBENS facit.
 ET HOC MODO QUISQUIS DISCIT, per
 suavitatem videlicet, omnino agit quod iudicandum
 didicerit. De quo docendi modo per sua-
 vitatem gratiae, in eodem loco praclarissime
 dicit. Haec gratia, scilicet vera Christi cum
 Pelagio controversa, de qua jam citato loco
 totoque libro disputat, si doctrina dicenda est,
 certe sic dicatur ut altius & interior eam Deus cum
 INEFFABILI SVAVITATE credatur infundere,
 non solum per eos qui plantant & rigant extrinsecas,
 sed etiam per seipsum qui incrementum suum mani-
 festrat oculis, ita ut non ostendat tantummodo verita-
 tem, verum etiam impertiat charitatem. Sic enim
 docet Deus eos qui secundum propositum vocati sunt
 simul docens & quid agant scire, & quid sciunt agere.

Serm. 27. de verb. Domi. c. 2. duxta quem docendi modum de Maria Mag-
 dalena Christi doctrinam audiente dicit: MI-
 RA ENIM SVAVITATE tenebatur, quae profecto
 maior est mentis quam ventris. Quod vero in illo
 docendi modo etiam charitatis mentionem ha-
 cit. rectissime facit. Nam illa suavitas est quae
 facit pleno deliberatoque consensu & impetu
 diligere Deum. Sed uberius & evidentius
 eandem gratiam in illa Scriptura nomine sua-
 vitatis esse significatam Enarratione in Psal-

mos tradit: Sic debemus intelligere SVAVITA-
 TEM quam Xpogratia. Graeci vocant, ut in bonis
 spiritualibus accipitur. Propter hoc enim eam & lo-
 nitatem nostri appellare maluerunt. Nihil hic ergo
 aliud dictum existimo, SVAVITATEM fecisti cum
 servo tuo, nisi fecisti ut me DELECTARET bonum.
 Quando enim delectat bonum magnum Dei donum
 est. Quando autem bonum opus, quod lex imperat,
 fit timore poena, non DELECTATIONE INSTI-
 TIA, cum Deus metuitur, non amatur, serviliter
 fit non liberaliter. Et de loco quem tractaba-
 mus consequenter adiecit: Suavitatem & erudi-
 tionem & scientiam doce me, inquit, magistri sibi ipsa
 poscit & perfici. Nam utique qui iam dixerat: sua-
 vitatem fecisti cum servo tuo: quomodo dicit, sua-
 vitatem doce me, nisi ut ei GRATIA MAGIS MA-
 GISQUE ABUNDET, vel innotescat, DULCE-
 DINE bonitatis? Habebant enim fidem qui dice-
 runt: Domine adauge nos in fidem. Et inferius in
 eisdem Psalmi tractatione versans locum
 illum, quo Propheta discere cupit iustifica-
 tiones Dei: Eo modo hic, inquit, intelligendus est di-
 xisse, ut discam iustificationes tuas, ea notitia qua
 sunt. Hoc autem quia non fit nisi per dilectionem,
 ubi qui facit habet DELECTATIONEM propter
 quod dictum est: IN TVA SVAVITATE doce
 me iustificationes tuas sequens verus ostendit &c.

Hanc gratiam nomine suavitatis & illo
 Scripturae loco designatam esse contendit,
 quando Psaltes Emphaticis illis verbis: Quam
 dulcia faucibus meis eloquia tua, sibi ipsi admiran-
 do gratulatur, & sibi respondet, super mel in
 meo. Nam inquit Augustinus, haec est ILLA
 SVAVITAS quam Deus dat, ut terra nostra dei fru-
 ctum suum, ut bonum VERE BENE, id est, non ma-
 carnalis formidine, sed boni spiritualis DELECTA-
 TIONE faciamus.

Hanc gratiam itidem suavitatis nuncupatio-
 ne commendatam esse scribit quando Psaltes
 in alio Psalmo dicit: Parasti in tua suavitate
 egenti Deus, pro quo nos legimus eodem sensu
 Parasti in dulcedine tua pauperi Deus: In tua SVA-
 VITATE non in illius facultate. Egens est enim
 quoniam infirmatus est, ut perficiatur, agens vero in-
 digentem ut repleatur. Haec est illa SVAVITAS de
 qua alibi dicitur: Dominus dabit suavitatem & terra
 nostra dabit fructum suum: ut bonum opus fiat non
 timore sed amore: non formidine poena sed DELECTA-
 TIONE iustitia.

Ex quibus aequus quisque lector videt nihil
 Augustino certius esse quam in Scripturis sa-
 cris gra iam illam efficacem, per quam solum
 operamur quicquid boni operamur, de qua
 tam acris inter Scholasticos conflictus verti-
 tur, nomine dulcedinis, suavitatis, delectatio-
 nis nempe spiritualis atque caelestis esse signifi-
 catam. Cui doctrinae tanquam à Spiritu san-
 cto multipliciter tradita, sexcentis in locis,
 praeter ea quae recensuimus ipse subscribit. Ut
 in libro de spiritu & littera, in quo ex professo
 de vere & efficaci gratiae adjutorio cum Pe-
 lagio luctatur, & ab omnibus Pelagianis adju-
 torijs distinguit ac separat: Nos autem dicimus,
 inquit, humanam voluntatem sic divinitus adiuvari
 ad faciendam iustitiam, ut praeter quod creatus est
 homo

Rom 7.
 Lib. 1. de
 nupt. cap. 30.

suavis es Domine
 in tua suavitate
 doce me

lib. de grat.
 Christ. 13.

lib.

Serm. 27. de
 verb. Domi.
 c. 2.

In Psal. 117

lib.

In eadem
 Psal. 117.

In eadem
 Psal. 117.

In Psal. 117

lib. de spir.
 & lit. c. 3.

ut omnes omnium scrupulorum uncas ex omnium animis eximere, omnique ambiguitatibus nebulas ab omnium oculis tergere voluisse videatur. Nam propositis illis Christi verbis: *Nemo potest venire ad me nisi Pater qui misit me traxerit eum, quibus Dominus gratiae divinae necessitatem ad fidem asserbat: Magna, inquit Augustinus, gratia commendatio. Nemo venit nisi trahatur. Quae tamen quia libertati humanae voluntatis, tractus violentia nocere videbatur, difficultatem istam obijcit: Si trahitur aut aliquis novus venit: si vivus venit, nec credit: si non credit, nec venit. Non enim ad Christum ambulando et vivimus, sed credendo. Quomodo ergo voluntate credo si trahor? Respondet solvendo questionem & tractus istius seu divini adjutorij naturam exponendo Augustinus: *Ego dico, Patrum est voluntate, etiam VOLUPTATE traheris. Quid est trahi voluptate? DELECTARE in Domino & dabit tibi petitiones cordis tui. Est quaedam VOLUPTAS CORDIS cui panis dulcis est ille caelestis. Porro si peccata dicere licuit.**

Virgil. Ecloga 2.
Trahit sua quemque voluptas.
 Non necessitas sed VOLUPTAS; non obligatio sed DELECTATIO; quanto fortius nos dicere debemus trahi debent ad Christum, qui DELECTATUR varietate, DELECTATUR beatitudine, DELECTATUR iustitia; DELECTATUR sempiterna vita (quando illi predicantur) quod totum Christus est? An vero habent corporis sensus VOLUPTATES suas, & animus deseritur a VOLUPTATIBUS suis? Si animus non habet VOLUPTATES suas unde dicitur: *Filij autem hominum sub regimine alarum tuarum sperabunt. Inebriabuntur ab ubertate domus tuae, & torrente VOLUPTATIS tuae petabunt eos. Et inferius rem profundissimam, familiarium exemplorum facilitate declarans: Ramus vridem ostendis ovi; & trahit illum. Nunc pastor demonstrantur, & trahitur. Et quia quo currit trahitur, amando trahitur, sine laesione corporis trahitur, cordis vinculo trahitur. Sed quo incentivo anor ille quo currit trahitur, provocatur? Audi cetera: *Surgit ista quae inter delectat & voluptates terrenas trahunt amantibus, trahunt, quoniam verum est:**

Trahit sua quemque voluptas.
 Non trahit revelatus Christus a Patre? Quid enim fortius desiderat anima quam veritatem? Quod quamvis verissimum sit, nunquam tamen animus desiderabit veritatem, nisi cum caelestis delectationis infusione doceatur. Itaque subjungit patris adiectis Augustinus: *Omnis qui audit a Patre & dicit venit ad me. Vultis quomodo trahit Pater: ascendo DELECTAT, non necessitatem imponendo. Ecco quomodo trahit: Erant omnes doctores Dei, trahere Dei est. Vnde de tali veritatis docenda trahendique modo superius dicentem audivimus: *Hae gratia si docer, na dicenda est, certe sic dicitur, ut alius & interior (quam per aures) eam Deus CVM INEFFABILI SVA VITATE credatur infundere. Nam ista sua vitas delectationis ita necessaria est, ut non solum de credendo, sed etiam de audiendo verbo praedicationis Augustinus asserat: *Quis tenetur ut audiat, si NON DELECTATUR?***

A *Iam vero quid post fidem est prius obvium, ac magis necessarium, quam oratio? Oratio quippe primus est fructus fidei, quo spiritus adiutorium invocatur, ut concupiscentiarum bona voluntati rebellantium exercitus debellari possit, & iustitia seu bonae vitae mandata compleri. Sed nec ipsa oratio, sine illo DELECTATIONIS caelestis adjutorio fundi potest. *Intra cor tuum & gaudebis ibi. Cum ibi capitis GAUDERE ipsa munditia coras tui DELECTABIT te & faciet orare. Et in Psalmum concelsum sextum illius delectationis necessitatem exprimens: *Quisquis, inquit probabitur tunc converteratur, omnes sine ulla quarela malorum morum, excipitur tertia tertia voce tedij cuiusdam in mora huius vite, ita ut aliquando cum necesse nec orate DELECTET. Tertia tentatio prior contra viam. Iam enim periclitabatur fame, postea infidio. Vnde & hoc mihi de quodam languore annua & c. non est & ista levis tentatio. Sed au forte ista tentatio si stitit ac tediij aliter quam ista suavitate infusione superari potest? Audi Augustinum: *Cum autem ab illo illius adiutorio precamur ad faciendam perficiendamque iustitiam, quid aliud deprecamur quam ut aperiat quod laudat, & suave faciat quod NON DELECTABAT. Quae & hoc ab illo esse deprecandum, eius gratia desideramus, dum autem dicitur: *eius gratia dileximus, dum autem dicitur: *ut qui gloriam non in se sed in Domino gloriatur.******

Post haec atque orationem sequitur amor seu dilectio boni, atque ipsius Dei, sed nec illa in hominis corde nascitur, nisi eam delectationis gratia suscitaverit. Nam ideo capite praecedenti dixit, ad bene vivendum necesse esse ut accipiat homo Spiritum sanctum, quo factum anno eius DELECTATIO dilectioque sancti illius atque incommutabilis boni, ut videlicet ex DELECTATIONE dilectionem sequi, ipsa verborum connexionem patefaceret. Et similiter statim: *Nisi enim DELECTET bonum & amatur, non agitur, non suscipitur &c. Et in locis contra Paulinum amorem nascitur delectatione significat: *bonum quod amaverat eius speciosa felicitate.**

Ex eodem delectationis ac dilectionis ordine fit: ut magnum illud donum Dei, libertatem scilicet istam animi a dominatione cupiditatis, qua Deo non serviliter sed liberaliter servit, illi divinae suavitatis, tanquam adjutorio gratiae voluntatem liberantis tribuat. Sancti Angeli illi sibi agendum imperant, quod ille quem contemplantur, iubet; cuius aeterno imperio libenter quia suaviter servant. Et in tractatibus in Joannem cum illa citasset Apostoli verba: *Condelector legi Dei secundum interiorem hominem, statim atrox, Etce unde liberi: unde condelector legi Dei. Libertas enim delectat. Nam quamdiu timore facis quod iustum est, non Deus te delectat. Quamdiu adhuc servus facis, non te delectat. *Delectet te & liberet. Et adhuc uberius in eodem loco: Ergo iam ille ex parte superiore librum se esse sentiebat; Vnde dicebat: *Condelector legi Dei secundum interiorem hominem. Delectat me lex, delectet me quod iubet lex, delectat me ipsa iustitia.***

Hoc

LANE...
 DELECTARE

Tract. 26. in Joann.

Tract. 26. in Joann.

Virgil. Ecloga 2.

Tract. 47.

Lib. 4. de doct. Christi. 26.

In Psal. 101.

In Psal. 101.

Lib. 2. de peccatis. 1. 13.

Lib. 1. de... 1. 13.

Lib. 9. de... 1. 13.

Lib. 2. de... 1. 13.

Tract. 47.

Hoc est usitatissima sancti Augustini phrasi, delectat me ipse Deus, cujus delectatione sum liber ac diligo eum. Unde de ista condelectatione dicit in libro de nuptijs & concupiscentia: Ista condelectatio legi Dei de magna nobis venit gratia Dei. Ibi famus veraciter liberi, ubi non delectamur inuiti. Et in Psalmum sexagesimum: Hac est illa suavitas de qua alibi dicitur: Dominus dabit suavitatem & terra nostra dabit fructum suum, ut bonum opus fiat non timore, sed amore, non formidine poena, sed delectatione iustitia. Ipsi est enim vera & sana libertas. De qua suavitatis ac delectationis libertate, alibi pluribus disseremus.

Isti dilectioni ac liberationi animi a lege peccati conjunctum est aliud beneficium, ut videlicet cupiditatum nostratum tentationibus nullum consensum praebeamus: quod ut fiat, sola delectatio quae quae tanquam genuinum divinae gratiae adiutorium facit. Lex non B illa in venustate est, sed lex operantis vitae in Christo IESV liberavit te a lege peccati & meritis, hoc est, a tentationibus concupiscentiae. Et quae illa lex Spiritus vitae, & quo pacto liberat? Audi: *Vi enim CONDELECTERIS legi Dei secundum interiorem hominem, unde haberes nisi spiritu vitae in Christo IESV liber. rei te a lege peccati & meritis.* Ideo, mens humana vel tibi tribuas, ne multum superbas, imo ne omnino superbas mens humana, quod non contentus desideris carnis, quod lex peccati non te de arce deponit. Et in sermone praecedente multo manifestus. Ibi enim respondet ille qui tentatur titillationibus suis: Nolo, inquit, non facio peccata quia DELECTAT, non facio, habeo CUI CONDELECTOR. Condelector enim legi Dei, quod tu de carne cumultuatur. Et in libro sexto de Musica: *Gustare & videre quoniam suavis est Dominus.* Et Petrus: *Si gustatis quoniam suavis est Dominus.* Non enim amor temporalium expugnetur, nisi aliqua suavitate aeternam. Et in libro primo ad Bonifacium cum Apostolum exponendo dixisset: *Consensio legi quia volo quod non vult, ut videlicet concupiscentiae tumultuanti consensum denegemus* adiecit: *Nunc autem iam non ego operor illud, sed id quod habitat in me peccatum. Quid est NUNC autem, nisi iam non sub gratia qua liberavit DELECTATIONEM voluntatis a consensione cupiditatis? Vbi rectius fortasse legeretur, quae liberavit DELECTATIONE voluntatis a consensione iniquitatis.* Nam & sensus ineptus est, ut gratia dicatur liberare delectationem, totique doctrinae Augustini dissentaneus; & ipsa consequentium connexio aliud postulat. Nam in eodem capite paulo inferius explicans quomodo a consensione cupiditatum animus liberetur, hoc ipsum diversis verbis delectationi tribuit: *delectationi gratiae Dei: Cum ipsa DELECTATIO boni quae etiam non consentit ad malum, non timore poena, sed amore iustitia (hoc est enim CONDELECTATIO) non nisi gratia depuranda sit.* Et in illa verba Psalmi sexagesimi-quarti: *Exitus mane & vespere delectatus* hoc est ut ipse tradit, *Exitus est tentationibus tamen proficitatis quam adversitatis delectationes facit, nempe per delectationem rerum*

A caelestium: *Magnificet sic posuit; Delectatus exis mane & vespere.* Si enim non te delectet ipse exitus, non laborabis extra indez, mitis caput in lucrum promissum, si non te DELECTET promissio Salvatoris. Et rursum eadem tentanti & terrenti, si non te DELECTET ille qui prior passus est, ut tibi exitum faceret. Nam istud est quod in superius allegatis dixit; Deum liberare seu exitum facere, inspirando virtutem, dando menti tuae CAELEM DELECTATIONEM, qua omnis terrena delectatio superetur. Et in illa verba Psalmi centesimi trigeshimi-septimi. *Qui manducatis panem doloris, rerum tristum tolerantiam divinae suavitati tribuit: Iste est labor fructuum, panis doloris. Nisi autem habet aliquam SVAVITATEM prius ipse, nemo illum manducaret. Cum quanta suavitate plorat, in genua prostrat? Dulciores sunt lacryma orationum quam gaudia theatrorum.*

Sed quia non est Christiano satis non consentire tentationibus, hoc est, declinare a malo, sed opus est etiam lacere bono, nulla omnino gratia istud praestat voluntati, nisi istud caelestis suavitatis auxilium. Per hoc enim solum efficitur, ut homo non timore poena, sed amore iustitiae bonum operetur: quod quamdiu non fit, nunquam, juxta constantissimas Augustini regulas, est opus bonum; & quando fit, impossibile est non esse bonum. Hoc igitur suavitatis adiutorium, esse gratiam illam, qua bonum operamur, sexcentis testimonijs Augustinus expressit. Nam inde est quod toties jam audivimus inculecata illa Scripturae verba: *Dominus dabit suavitatem, & terra nostra dabit fructum suum.* Quis enim verior est terra nocte per se sterilis, quam bonorum operum fructus? Unde est quod toties jam cum Propheta superius precantem audivimus: *Domine, in tua suavitate doce me iustitiam tuam.* Hic enim, ut idem ait, docet Deus eos qui secundum propositum vocati sunt; simul donans & quod agunt scire, & quod sciunt agere. Nam & alibi dicit: *Tunc disco ut faciam si in tua SVAVITATE doceas me.* Inde est quod plurimis locis, quorum nonnulla jam citavimus passim docet Deus delectatione iustitia opus esse faciendum, & hanc ipsam delectationem nobis tribuendam esse a Deo: *Suavitatem, inquit, iustitia facienda dabit tibi, ut incipiat te delectare iustitia, quem primo delectabat iniquitas.* Et in Psalmum centesimum vigesimum-nonum: *Est sermo Dei (id est, lex Dei) adversarius tuus quamdiu cum illo non concordas. Concordas autem cum eo perit in DELECTARE, facere quod dicit sermo Dei.* Et in alium Psalmum: *Clama ad illum infelix ego quis me liberabit de corpore mortui huius? Veniet enim gratia Dei & quoniam gratia? UT DELECTET te iustitia, sicut delectabat iniquitas.* Et homo qui ex vinculis solutus est exclamabit ad Deum. *Dirupisti vincula mea &c.* nempe per illam solam & unicam gratiam Dei DELECTATIONEM iustitiae, quam toties praeedicat, De qua delectatione seu suavitate iustitiae aut legis

lib. 2. de nup. 135.

psal. 67.

psal. 106.

psal. 119.

psal. 119.

psal. 119.

lib. 2. de nup. 135.

psal. 119.

psal. 119.

psal. 119.

Homil. 29. cap. ult.

psal. 119.

lib. de grat. christi c. 13. serm. 4. de verbis apost. cap. 8.

Enarr. in psal. 8.

psal. 119.

psal. 119.

psal. 119.

psal. 119.

psal. 119.

aut legis aut operis boni, aut recte facti, quæ apud Augustinum in idem redeunt, qui plura volet videat ea quæ in capite superiori, & in alijs nonnullis diximus.

Vide lib. 1.
de pura nat.
a. 5. usque
ad 10.

Sed quid opus pluribus? Illud DELECTATIONIS cælestis adiutorium tam est in hac mortali vita necessarium, ut nisi istud operibus nostris Deus aspergeret, deficeremus in via, qua ad Patriam tendimus: si nulla INCUNDTAS, deficiamus, si plena securitas male exultamus, Ergo & INCUNDTATEM aspergat, & timorem incutiat, ut de DULCEDINE INCUNDTATIS perdat nos ad sedem securitatis. Tanta est etiam efficacia, ut cujus mens eo inebriata, Deo miserante fuerit, præter hoc ipso terrenorum omnium quibus immergimur ac tentamur

In Psal. 85.

oblivionem, & per omnes temporales prosperitates atque adversitates rapit eum ad ipsam domum Dei: Gustemus saltem, inquit sanctus Doctor. quam suavis est Dominus, qui dedit nobis pignus Spiritum, in quo sentiamus eius DULCEDINEM, & desideremus ipsum vita fontem, ubi sobria ebrietate mundemur & irrigemur. sicut lignum quod plantatum est secus decursus aquarum, & dat fructum, bonorum operum, in tempore suo. Inebriabuntur enim ab ubertate domus tua &c. Talis ebrietas non evertit mentem, sed tamen rapit sursum, & oblivionem præstat omnium terrenorum. Qua de re plura dici possent nisi ex istis quæ adduximus illius adiutorij natura & potestas & necessitas ad omne bonorum operum genus satis perciperetur.

lib. de agn. necl. christian. cap. 29.

CAPVT TERTIVM.

Idem probatur.

Tertio ex contrario, hoc est, ex peccatis quæ ex simili delectatione terrenâ, tanquam ex causa proficisci tradit.

TERTIO delectationem istam cælestem esse veram ex Augustini sensu medicinalis gratiæ adiutorium, quod Deus ad justitiam operandam voluntati tribuit, ex eo demonstrari potest, quia similiter docet, delectationem terrenam esse causam cur ab Adami posteris justitia deferatur ac deferendo peccetur. Cum enim peccatum & recte factum omnino contraria sint, hoc ipso quo docet ita peccata perpetrari, ut voluntas terrenâ quâdam delectatione præcedente præparetur & impellatur, lectoribus intelligendum relinquit, id quod toties de cælesti delectatione atque suavitate ad justitiam operandam conferente tradit, ex generali quâdam & arcana ratione ad voluntatem tam sublimibus operibus præparandam, multo magis esse necessarium, ut eo tanquam adiutorio sancti Spiritus adjuncta & elevata, & concupiscentiarum suarum visco expedita, in operationes cælo dignas prorumpere & evolare possit.

Lib. 2. de
gen. contra
Manich.
cap. 14.

Hanc igitur delectationem peccatorum antecedere & ex illa proficisci quod ab hominibus peccatur non uno loco sanctus Augustinus profitetur. Quid enim apertius dici potest, quam id quod contra Manichæos de ordine quo peccavit Adam tradit, nempe per mulierem veluti nos per tentationem qua tentamur: Sed tamen, inquit, per mulierem diabolus perverſitatis persuasor decipit: non enim etiam ratio nostra deducta ad confessionem peccati potest, nisi cum DELECTATIO mota fuerit in illa parte animi, quo debet obtemperare rationi tanquam rectori viro. Etiam nunc in unoquoque nostrum nihil aliud agitur, cum ad peccatum quisque delabitur, quam tunc actum est in illis tribus serpente,

A muliere, & viro. Quod uberius declarat. Quid vero absolutius quam id quod adversus eundem Manichæos cum Fausto eorum Coryptheo disputans, docet: Quapropter homini alio serviens Idei servienti Deo refrenat omnes mortales

Lib. 2. de
gen. contra
Manich. cap. 14.

DELECTATIONES & eas coercet ad naturalem modum meliora inferioribus ordinata dilectione præponens. SI ENIM NIHIL DELECTARET ILICITUM, NEMO PECCARET. Peccat ergo qui DELECTATIONEM illicitam relaxat potius quam refranat. Ad quam doctrinam tam generaliter pronuntiata passim in omnibus operibus suis respicit; ut quando dicit contra Secundinum qui putabat malam esse creaturam cupis dilectione peccatur: Quæro quid allicitat animam confessionem, an irruat illa castitatem & propter ea consentire dicatur, quia eius aliquid DELECTATIONE moveatur ad fruendum. Et quando contra Donatistas ex persona peccantium generaliter promittit: Quid aliud sermoni veritati tuæ sitisque respondent unnes flagitiosi & facinorosi homines, luxuriosi &c. Quid aliud respondent cum eos veritas arguit, nisi hoc volo, hoc me DELECTAT? Vbi posterioris prioris ratio est delectatio voluntatis, quia ut ante dixit, si nihil delectaret illicitum, nemo peccaret. Et quando in questionibus octoginta tribus dicit, quod sub lege vincimur, sub gratia vero iam non vincimur DELECTATIONE consuetudinis seu cupiditatis malo. Nam ante gratiam ideo non implebatur lex, quia ipſus, inquit, iustitia nondum erat charitas qua dilectione teneret interiora mentis ne ad peccatum DELECTATIONE rerum temporalium traheretur. Et quando contra Pelagianos ad Bonifacium scribit: Libetum arbitrium usque adeo in peccatore non perijt, ut per illud nisi peccent, maxime omnes qui cum DELECTATIONE peccant,

lib. contra
Secundin.
cap. 16.

lib. 2. de
gen. contra
Manich. cap. 14.

lib. 2. de
gen. contra
Manich. cap. 14.

lib. 1. de
lib. arbit. cap. 14.

peccant, & amore peccati hoc eis placet quod eis liber. Quod iterum iterumque inculcat paulo post: In malo, hoc est, ad mala agendum, liberum habet arbitrium cui delectationem malitie, vel occultus vel manifestus deceptor inseruit, vel sibi ipse persuasit &c. Sed hac voluntas que libera est in malo, quia DELECTATUR malis, ideo libera in bonis non est, hoc est, ad bene agendum, quia libera non est, per similem videlicet iustitie delectationem. Vbi quod primo loco dicit, maxime propter ignorantia peccata adjectum est, in quibus homo non videtur delectari rebus quas ignoranter appetendo, peccat, quamvis & illa ipsa peccata, occultiori alia delectatione committantur. Et quando in Psalmis ad populum dicit: Noceat tibi (malis) saltem vel exemplo, quia vivit tecum, & ad quod agit invitat. Nonne cum eum vides forte in illis foribus prosperari duceri talem delectatione satiorum? Et si non consentis, saltem invenisti quod expugnes. Et quando in alium Psalmum expressius loquens ait: Quando (in futura vita) nihil erit quod ex carnis labe solliciter, non solum nihil cui consentiamus, sed nihil quod suggeratur ex carne. Etenim modo fratres mei, quanta illicita delectationis animum tangunt, quamvis eis non consentiamus, ut membra nostra iniqua servant in iniquitati; tamen vel DELECTARI talibus, etsi non consentis, nonnumquam est peccata committas. Et quando in Tractatibus in Iohannem scribit: DELECTAVIT quod malum est, consentisti, peccasti. Consensus illa occidit te &c.

Et ut pluribus congerendis superfedeam quibus Augustini scripta passim referta sunt, unicaque sententia absolutissima rem absolvam, quando in Sermone sexto de verbis Apollonii regulam figit: QVICQVID EST PECCATORVM IN DICTIS, IN FACTIS, IN COGITATIONIBVS NON EXORIVNTVR NISI EX MALA CVPIDITATE, NON EXORIVNTVR NISI EX ILLICITA DELECTATIONE. Ex istis testimonijs tam dense sparsis in Augustino, manifestissimum esse puto, nullum peccatum fieri ab hominibus, quin voluntas, quamvis per seipsam ad peccandum prompta sit, quadam delectatione prius titillante & proripiente provocetur, ut ita quodam quasi diaboli adiutorio, ut ita loquar, impulsu ad ruinam pertrahatur: nec illud ipsum ex alio capite iuxta doctrinam sancti Doctoris fuit, quam quod apud ipsum principium est certissimum, nulla post Adami ruinam peccata nisi penalia, hoc est, vel ignorantia fallente, vel concupiscentia cui consentimus vincente perpetrari. Quod nos alio in loco uberius declaravimus. Quid ergo mirum & non potius maxime naturis rerum consentaneum, si vicissim infirmitas voluntatis, per peccatum temerata ad opera nature vires superantia, simili delectationis caelestis adiutorio ad consentiendum, volendum, faciendumque sublevetur? Quod liquidius ex istarum duarum delectationum colluctatione, quam saepe tangit Augustinus percipi poterit.

Serm. 6. de verb. Apoll. cap. 1.

vide lib. 2. de statu pure nature c. 27. & 28.

CAPVT QVARTVM.

Idem demonstratur.

Quarto ex lucta duarum delectationum terrenae ac caelestis, quarum Postrema nisi vicerit, peccatur.

QVARTO itaque demonstrari potest, suavitatem illam caelestem esse verum illud Christi adiutorium quo iuvamur ad non peccandum, recteque faciendum, quia creberrime docet Augustinus, quamdiu in hac vita mortali vivimus, esse in homine luctam quandam duarum delectationum, noxiae & beneficae, terrenae atque caelestis; quarum utralibet vicerit animum secum consentientem ac primum trahi. Tunc vero hominem a peccato liberari & opus bonum effici, cum caelestis illa suavitatis de caelo venerit atque adversariam suam superaverit. Hoc enim perspicue docet in libro de continentia, cum ordinem tradit, quo homo ex profundo peccati emergit, ut gratiam accipiat & iustitiam operetur. Si autem lex factum pravitateorem, tanquam ad hoc gravius vulneratum ut desideret medicinam, tanquam pedagogus perducit AD GRATIAM CONTRA SVAVITATEM NOXIAM

qua vincebat concupiscentia, Dominus dat SVAVITATEM BENEFICAM, qua DELECTETVR AMPLIVS continentia, & terra nostra det fructum suum quo pascitur miles, qui dovelat Deo iuvante peccatum. Quod & inferius indicat quando adjicit: Bonum fit cum id quod male libet VINCENTE BONA DELECTATIONE non fit. Et in Psalmum trigessimum-quintum. Antequam hoc fiat (immortalitas) est DELECTATIO iniquitatis in corpore, sed maior est DELECTATIO VOLVPTATIS verbi, sapientia, praecepti Dei. Vince peccatum & VOLVPTATEM eius. Et in Psalmum septuagesimum-quintum: Indicitur tibi quedam nova vita, & tu verus es. Novitatis GAUDIO suspendens vetustatis onere praevariaris. Quod statim exponit; quia non desunt suggestiones & DELECTATIONES mala: sed ex eo, quod mente iungens Deo, hoc est, ex eo quod novitatis gaudio suspendens, vincis quod in te non vult sequi te.

S 2

Et in

La de Com. tract. 3.

Serm. 6. de verb. Apost. cap. 9.

Ibid. cap. 10

Serm. 17. de verb. Apost. cap. 4. Ibid.

Handwritten marginal note: *ANNO DOMINI 1588*

Et in Sermonibus de verbis Apost. DELECTAT Vxor aliena & non annuit mentem avertit, in secretarium mentis intras. Vides forsitan concupiscentiam, profer adversus eam sententiam mundano conscientiam. Nolo, inquis, non facio. Puta quia DELECTAT non facio; habeo cui CONDELECTER. Condelector enim legi Dei secundum interiorem hominem. Quid tu de carne tua sumiturus? Quid DELECTATIONE s stultas, temporales, fluxas, vanas, noxias tumultuose suggeris, & eas quasi garrula mihi narras. Narraverunt mihi multi DELECTATIONES. Inde est & ista concupiscentia. Narrat mihi DELECTATIONES, sed non sicut lex tua Domine. CONDELECTOR enim legi Dei, non de me, sed de gratia Dei. Et aliquanto inferius: Mens repugnat & condelectatur legi Dei. Tam ergo si mens non consentit peccato nullanti, suggerenti, blandienti, si mens non consentit, quomam habeas alius interius DELECTATIONES SVAS, DELECTATIONIBVS carnis ex nulla parte conferendas &c. Et elegantissime in Sermone decimo septimo de verbis Apostoli: Pra omnibus voluptatibus, hoc est delectationibus etiam licitis amanda est iustitia. Si enim habes sensu interiori, omnes illi interiores sensus DELECTANTVR DELECTATIONE iustitia &c. Et inferius: Interroget & respondeat, quid diciturus sum, utrum sic DELECTETVR iustitia, ut eam secretis ad hos sensus corporis pertinentibus DELECTATIONIBVS anseponat. Ecce DELECTAT te aurum tuum, oculos tuos DELECTAT. Metallum est pulchrum, fulgensissimum, DELECTAT &c. Decertant in te dua DELECTATIONES, mudo interrogo te, quid proponas, quid te plus DELECTET, aurum an veritas, aurum an verum testimonium? Et post nonnulla interiecta adiecit: Longum est per singulos corporis sensus excurrere, sed quod de oculis dixi, hoc de ceteris intelligite & proponite DELECTATIONI carnis DELECTATIONEM mentis. Carnem quippe vestram delectant illicita voluptates; mentem vestram DELECTET invisibilibus, pulchra, sancta, canora, dulcis iustitia, ut non ad eam timore cogamini. Si enim ad eam timore cogimini, NON DVMB DELECTAT. Peccare non debes non timore penae, sed amore iustitia. Vbi statim post delectationem, amoris mentionem facit, quia caelestis amor, caelestis delectationis tanquam vera gratia est fructus: sicut ipsemet in eodem Sermone paulo superius dixerat: Constitutum ante oculos exemplum certaminis. Interroget utrum ames iustitiam: respondebis amo, QVOD NON RESPONDERES VERACITER, NISI TE ALIQUATENVS DELECTARET. NON ENIM ANATVR, NISI QVOD DELECTAT. Delectare in Domino Scriptura dicit. Dominus autem iustitia est.

Ibid. cap. 5.

Serm. 17. de verb. Apost. cap. 3.

CAPVT QVINTVM.

Eadem lucta & victoria caelestis delectationis uberius declaratur, ex libris quos ex professo contra hostes gratia Christi scripsit.

Lib. de spir. lib. 2. 28.

QVIS vero ista & similia dumtaxat populariter dicta putet, secus vero atque accuratius cum contra Pelagianos hostes gratia disputaret, locutum esse sensisse atque docuisse, non a se re fuerit, eandem ejus sententiam, ex posterioribus ejus operibus depromere, in quibus ex professo vim gratia & adjutorij medicinalis explicuit. Itaque liber de Spiritu & littera inter primas lucubrationes adversus haeresim Pelagianam exaratus fuit: ubi tamen de caelesti illa delectatione, qua omnis oppositus dolor ac delectatio superanda est, ut opus bonum possit sequi, loquitur in hunc modum: Sub quo timore poena laborans, quando concupiscentiam malam non vicerit, nec timor ille quasi custos severus abscesserit, per fidem confugiat ad misericordiam Dei: ut det quod iubet atque inspirata gratia SVAVITATE per Spiritum sanctum faciat PLUS DELECTARE quod praecipit, quam DELECTAT quod impedit, hoc est, quodcumque bonum temporale, cuius delectatione peccamus. Et multis interpositis in eodem

opere, cum hoc ipsum ageretur, unde fiat, ut aliquis non perfecte iustitiam in operibus suis operetur, accuratissime causam tradit. Ecce quemadmodum sine exemplo est in hominibus perfecta iustitia & tamen impossibilis non est. Fieret enim si tanta voluntas adhiberetur, quanta sufficit tanta res; esset autem tanta, si & nihil eorum qua pertinent ad nos laederet, & ea sic DELECTARENT animam, ut quidquid aliud VOLVPTAS aut dolor impedit, DELECTATIO illa superaret. Quod ut non sit non ad impossibilitatem, sed ad iudicium Dei pertinet. Ecce ad iudicium Dei pertinet, quod non adit illa gratia qua omnis voluptas ac dolor temporalis impediens superetur; & illa gratia non est alia nisi magna DELECTATIO caelestis cui cedant cuncta repugnantia. Nam ut inculcatus adhuc subiicit: Quia enim nesciat, non esse in hominis potestate quid sciat, nec esse consequens, ut quod appetendum cognitum fuerit appetatur, nisi TANTVM DELECTET quantum diligendum est? Hoc autem sanitatis est anima. Enchiridium vero ad Lauren-

Ibid. cap. 5.

Lib. de spir. lib. 2. 31.

Laurentium post damnatam hæresin Pelagianam jam sub finem vitæ scriptum est, in quo non minus luculente istud adiutorium cœlestis delectationis qua delectatio terrena superatur, asseruit, & quicquid de illa vel ipse vel nos ex ipso hæcenus diximus, expresso calculo comprobavit: Hoc nunc dicam quod quidem & in alijs opusculorum meorum locis SÆPE IAM DIXI. Duabus ex causis peccamus, aut non volendo quid facere debeamus, aut non faciendo quod debere fieri iam videmus. Quorum duorum illud ignorantiæ malum est, hoc infirmitatis. Contra qua quidem pugnare nos convenit, sed profecto VINCIMVR nisi diuinitus adiuuemur. En manifestissimè asseritam diuini adiutorij necessitatem, non cuiuslibet, sed illius quo nisi diuinitus adiuuemur, profecto pugnando vincimur. Quod igitur istud adiutorium, quo iuuantur sumus? Audi reliqua: Vt non solum videamus quid faciendum sit, sed etiam accedente suauitate DELECTATIO IN IUSTITIA VINCAT IN NOBIS earum rerum DELECTATIONES quas vel habere cupiendo, vel amittere metuendo scientes videntisque peccamus. Cuius peccati exemplum etiam statim subiicit, in quo iustitiæ delectatio à terrena delectatione superatur: Et PVLDOR, inquit, timor est displicendi, dum PLYS DELECTAT hominum estimatio quam iustitia, qua se quisque humiliat pariendo. Nihil profecto clarius, nihil absolutius, nihil plenius deliderari potest. Ex profecto quippe de adiutorio gratiæ disputat, atque illo adiutorio, quo tentationes superantur, & sine quo superamur, & exsertissimis verbis dicit, præter scientiam (de qua non est hic disputatio) esse DELECTATIONEM iustitiæ, qua delectationes aliarum rerum devincendæ sunt. Et hæc ipsam doctrinam se sapius in alijs opusculorum suorum locis tradidisse confirmat. Præcipuus autem locus quem illis verbis respicit, habetur in libris ad Marcellinum de peccatorum me-

ritis & remissione, qui contra Pelagianos etiam exarati sunt. Nam ibi doctrinam eandem prorsus ipsdem pene verbis, non minus accuratè perspicuitate consignat: Cum voluntate, inquit, humana, gratiæ adiuvante divinæ, sine peccato in hac vita possit homo esse, cur non sit, possem facillime & verissime respondere, quia homines nolunt. Sed si ex me queritur, quare nolunt, minus in longum. Ecce radicem quaesitam, cur nolint homines, ut ea cognita contrarium requiramus cardinem ex quo volentes fiant. Audi igitur profundam ejus de voluntatis humanæ motibus & motrice gratiæ Theologiam: Verantamen etiam hoc sine præiudicio diligentiori inquisitionis breviter dicam. Nolumus homines facere quod iustum, sive quia latet an iustum sit, sive quia NON DELECTAT. TANTO ENIM QUIDQUE VEHEMENTIVS VOLVIMVS, QVANTO CERTIVS QVAM BONVM SIT NOVIMVS, EOQUE DELECTAMVR ARDENTIVS. Ignorantia igitur & infirmitas vitæ sunt quæ impediunt voluntatem, ne moveamur ad faciendum opus bonum, vel ab opere malo abstinendum. Vt autem moveat quod latebat, & SVAVE FIAT, QVOD NON DELECTABAT, GRATIÆ DEI EST QVÆ ROMINVM ADIVVAT VOLVNTATES: qua ut non adiuventur, in ipsis ista causa est, non in Deo. Ac deinde subiicit illa præclara verba jam superius à nobis commemorata, quibus quam sit gratuita ista DELECTATIONIS gratia commendatur: Ideo quisque nostrum bonum opus suscipere, agere, implere, nunc scit, nunc nescit, nunc DELECTATVR, nunc non DELECTATVR, ut noverit non sua facultate, sed diuini muneris esse, quod scit, vel quod DELECTATVR, ac sic ab elationis vanitate sanetur & sciat quam vere non de terra ista, sed spiritualiter dictum sit. Dominus dabit SVAVITATEM & terra nostra dabit fructum suum.

CAPVT SEXTVM.

Nomen VICTRICIS DELECTATIONIS inde tractum, atque impositum Gratiae medicinali Christi.

EX his jam perspicuè intelligitur, tantopere esse necessariam istam DELECTATIONIS diuine gratiam, quando cum terrenarum rerum tentationibus ac delectationibus dimicamus, ut nisi maior fuerit quam terrena, qua noster affectus detinetur, fieri non possit, quin propriae voluntatis infirmitate vincamur. Major enim delectatio nunquam sanè delectatione minore superabitur, sed eam sequetur animus, quæ magis eum afficiendo suauitate detinuerit. Quod quidem in hoc eodem capite multis modis August. insinuat, imo clarissimis verbis

exprimit. Quid est enim aliud quod dicit: Tanto quidque vehementius volumus, quanto certius quam bonum sit novimus, EOQUE DELECTAMVR ARDENTIVS. Quid illud? Vt DELECTATIO iustitiæ vincat earum rerum DELECTATIONES &c. Quid illud? Vt quidquid voluptas aut dolor impedit, DELECTATIO ista superat. Quid illud item: FACIAT PLYS DELECTARE quod præcepit, quam delectat quod impedit. Quid illa denique quibus postulat, ut PLYS DELECTET veritas quam aurium, sic animus DELECTETVR iustitiæ ut eam ceteris delectationibus anteponat: ut maior sit delectatio sapientiæ: ut

quod male libet VINCENTE bona delectatione non fiat; ut contra suavitatem noxiam suavitatem benefica delectetur AMPLIUS continentia? Cuiusmodi testimonia jam jam producta consulari qui voluerit. Sed unus est locus hac de re clarissimus & preclarissimus, qui ad rebus meretur scribi characteribus, quo Augustini mentem plenissime capiamus. Id quippe quod nos hio verborum ipsius perspicuorum ducti, tanquam ab eo existimatum & traditum, rationando colligimus, manifestissima & resolutissima auctoritate desinit. Epistolam igitur ad Galatas commentando, explicans cum ex Apostolo fructus Spiritus, qui sunt charitas, gaudium, pax, longanimitas, benignitas, bonitas, fides, mansuetudo, continentia, castitas recenseret, adversus eiusmodi non est lex, & illis varia peccatorum genera sana doctrinae adversaria subiecit: Regnant ergo, inquit Augustinus, spirituales illi fructus in hominibus in quo peccata non regnant. Regnant autem ista bona si tantum delectant, ut ipsa teneant animam in tentationibus, ne in peccati consensionem ruat. Quod enim amplius nos delectat secundum id operemur necesse est: ut verbi gratia, occurrat forma speciosa femina, & movere ad delectationem fornicationis: sed si plus delectat pudicitiam illa intima & sancta species castitatis, per gratiam qua est in fide Christi, secundum hanc vivimus & secundum hanc operamur, ut non regnante in nobis peccato, ad obedientiam desiderii eius, sed regnante insititia per charitatem cum magna delectatione faciamus quicquid in ea Deo placere cognoscimus. Et ut hanc totius vite humana regulam generalem esse sciremus, subiungit Iohannem. Quod autem de castitate & fornicatione dixi, hoc de ceteris intelligi vult. Nempe ubi unque animus inter peccatum & iustitiam constitutus, in diversum trahitur. Quod cum amplius delectaverit, secundum id operetur necesse est. Unde & alibi dicit quod quosdam sanctos Deus a vitis tantum sanat, dum videlicet eos minus, quam implere ex omni parte insititia sive delectat bonum.

Cum igitur ad opus iustitiae quaecumque faciendum, necessarium sit, ut ex maiore iustitiae delectatione nascatur, hinc fit, ut istam Christi gratiam August. epitheto ad hoc ipsum exprimendum propriissimo atque efficaci ornare solet. Nam plerumque vocat eam delectationem victricem, vel illo ipso, vel alio equipollenti vocabulo. Nam libro secundo de peccatorum meritis docet, Deum ideo etiam sanctis suis alicuius operis iusti aliquando non tribuere, vel certam scientiam, vel victricem delectationem, ut cognoscant non a se ipsis, sed ab illo sibi esse tamen & suavitatem, qua de fructum suum terra eorum.

In Epist. ad Galat.

Lib. 2. de pecc. meritis, c. 19.

Lib. 2. de pecc. meritis, c. 19.

A Hoc est, ut cognoscant gratiam bene operantibus a Deo proficisci. Et libro primo ad Bonifacium docet, concupiscentiam vocari peccatum, quod peccandi delectatione moveatur, et si ei, VINCENTE delectatione insititia, non consentiatur. Et in libris de Civitate Dei tradit, operis illiciti desiderium augeri, quando insititia non sic diligitur, ut peccandi cupiditas eius delectatione vincatur. Et in Sermonibus de verbis Domini sollicitus monet, ut quem delectat lex Dei, & sic delectatur ut omnes delectationes lasciviae vincatur, non sibi arroget istam delectationem, quia videlicet ista est magna illa gratia quam Christus infirmis attulit, & de qua Pfalter dixit ut ibidem scribit. Dominus dabit suavitatem &c. Et in libris operis inperfecti contra Iulianum docet, Deum donare per Spiritum charitatem cum delectatione vincatur delectatio peccati. Et in libro secundo eisdem operis iterum incutiat superabundantiam gratiam Dei, quatenus praeter peccati delectationem, insuper donat, ut delectatio peccati, insititia delectatione vincatur. Et ibidem inferius tradit, quod concupiscentia probatur non regere in hominis animo, dum ea quae concupiscuntur nulla, insititia delectatione vincante non sunt. Et in Enchiridion ad Laurentium quod si respexerit Deus ut ad implenda quae mandat ipse adjuvare credatur, concupiscatur adversus carnem fortiore robore charitatis, ut ex se ipsa vivat, nisi que vivat in quantum non credit malis concupiscentiae vincante delectatione insititia. Cuiusmodi loca sancti Praeulii vim delectationis caelestis, hoc est, vim gratiae superhumanam animi motus ad bene operandum, superandasque peccatorum delectationes atque tentationes, manifestissime elumant.

C Nam inde quoque proficiscitur, quod quando animus ista caeli suavitatem delectatur, non possit aliud quam feram terrenarum delectationes appetere & sequi. Quae propterea in causam quoque victricem, aut vincentes ab eo nuncupari solent: ut cum dicit, quod quando animus a se ipse tur concupita, quamvis perniciosa vel mala, quoniam ad errorem non sentit, vel delectatione mensa vincitur, vana etiam terra a venturatur. Et in eodem libro, quod per dor sit displicendi metus, dum plus delectat hominum aemulatio quam insititia. Et in libris contra Iulianum, quod vitium, quo prohibita plus delectant, & sic vitium peccati lex, non sanatur nisi vivificans spiritus, non littera videns, quia videlicet spiritus dat suavitatem & infundit delectationem, ut terra nostra det fructum suum.

Lib. 1. ad Bonif. c. 13.

Lib. 12. de Civitate, c. 5.

Lib. 2. de serm. in Apoll. c. 1.

Lib. 1. oper. inperfecti, c. 162.

Lib. 2. f. 431.

lib. 1. f. 410.

In Epist. ad Galat. c. 19.

In Enchirid. cap. 24.

Lib. 2. contra Iul. oper. inperfecti, c. 135.

Handwritten marginal note: LANDETTI



CAPVT SEPTIMVM.

Delectationis necessitas oritur ex infirmitate voluntatis, qua fit ut nihil boni amplecti possit, nisi delectet.

QUAE cum juxta sancti Augustini sensum perspicua & certa sint, merito quari potest, propter quid delectatio victrix esse debeat, ut tentatio superari possit: vel opus justitiae ab humana voluntate fieri? Liberum enim voluntatis arbitrium videtur sua naturali indifferentia posse se vertere quo voluerit, viresque suas exercere quantas voluerit, quamvis vel nulla vel non tanta delectatione, quanta opposita est mulceatur.

Ad quaestionem istam responderetur, jam olim visum fuisse Philosophis gentilibus, & quotquot inter Christianos eorum principia nimis profunde intiberunt, non posse voluntatis libertatem, ad unam partem trahi, quantum rationis usus integer manet. Ex quorum placitis Iulianus dixit: *Hominem facere ingenita sua motibus, dare leges: hominem non posse ad duci voluntate captiva, quibus tanquam haereticis dogmatibus Christiana libertate reclamabat Augustinus, utpote quibus divinae gratiae necessitas, qua tentationibus & ingentis motibus resistimus, ne ipsis voluntas nostra consentiat, funditus evertatur. Ex ipsdem placitis nunc libertas illa voluntatis humanae à nonnullis tam superbe praedicatur, ut putent eam vigente ratione, nulla posse tentatione superari. Sed juxta sancti Doctoris castissima principia, de quibus aibi latius diximus, per illa dogmata in fundamenta Christianae religionis impingitur. Nam istud *regnum* inter eos tam decantatum, quod alioquin libertas arbitrij destruat, juxta propria eorum principia, quibus docent ad libertatem arbitrii contrarietatis indifferentiam non esse necessariam, vel ut inane ludibrium ab intuentium consideratione dispareret.*

Dico itaque juxta sancti Augustini mentem constantissimam & sepe declaratam, idcirco in illa cum tentationibus dimicatione, magnam adeoque majorem ac victricem delectationem calestem esse necessariam, ut delectatio terrena superetur, quia alioquin voluntas tam magnas volendi vires adhibere non potest, seu, ut schola loquitur, tam intense ac fortiter velle non potest, quantum necesse est ut tentatio seu delectatio opposita superetur. Nimis enim absurdum est, existimare quod voluntas sua sola volenda libertate possit quodlibet infernum voluptatis dolorisve impedimentum superare. Hoc enim ipsis fidei fundamentis adversatur, quae docet, hominem per peccatum in infirmitatem voluntatis collapsum esse: ex qua factum est, ut plus quam dici possit, ad superandos animi motus imbecillis sit, & ad hoc imprimis gratia Salvatoris ei

A necessaria. Quid autem ineptius, & à veritate alienius, quam homini fractis viribus imbecilli tantas vires dare, quantas vix sanus habuit? Quid enim sano excellentioris roboris tribui potest, quam ut quidquid ei foris & intrinsecus in ipsa voluntate repugnauerit, sola sua libertate devincat? Hoc & ipsi repugnat, experientia quotidiana qua testatissimum esse sentimus & scimus, hominem optimo proposito contra libidines suae carnis armatum, dum titillationibus destituitur, mox libidine saviente gementem & flentem praebere manus, & ingenue confiteri se nisi gratia subveniat, tam sevis tentationibus non posse resistere. Hoc & solemnissime, & per universas Augustini lucubrationes sparsae & densissime asserae doctrinae repugnat directissime, qua sexcenties tradit, hominem ante gratiam sub lege constitutum, non solum non posse concupiscentiarum carnalium vincens motibus esse parem, sed etiam legis accessu, quo juvari posse videtur, gravius fieri peccatorem. Hoc & ipsi scopo Dei, quo genus humanum sub lege, cum concupiscentijs per peccatum accersitis pignare permisit, ut per peccatorum multitudinem, illa humana & Philosophica superbia frangeretur, qua de liberi arbitrij viribus contra tentationes exerendis fidunt, ut agnita propriae voluntatis infirmitate, consequenter necessitatem gratiae medicinalis agnoscerent. Nam quod impossibile erat legi in quo infirmabatur per carnem, Deus sibi sum mutans in similitudinem carnis peccati, ut iustificatio legis impleteretur, in nobis. Hoc & Ecclesiae totius precibus refragatur, quae nihil ardentius orat, quam ut voluntas roboretur, cujus unusquisque imbecillitatem, resistendo carnalibus motibus, experitur. Vnde Augustinus: *Per hanc (gratiam) etiam fit ut ipsa bona voluntas, quae iam esse cepit augeatur: & tam magna fiat ut possit implere divina mandata, c. 25.*

C *qua voluerit, CVM VALDE PERFECTEQVE voluerit. Ad hoc enim valet, quod scriptum est: si volueris, conservabo mandata: ut homo qui voluerit, & NON POTVERIT, nondum se plene velle cognoscat, & ore: ut habeat tantam voluntatem quantum sufficit ad implenda mandata. Sic quippe ad utatur ut faciat quod iubetur. Ecce oratur ab Ecclesia non ut faciat quod jam possit & in sua jara sit potestate, hoc enim orare juxta sapientissimum Doctorem stultorum est; non ut voluntas fiat supernaturalis, non ut facilius faciat, quod per se possit, sed ut voluntas augeatur, ut voluntas tam magna fiat ut possit, ut plene velit, ut tantum velit quantum sufficit, ad implenda mandata. SIC ENIM ADIVVATVR, ut faciat quod IUBETVR. Et quid orat aliud, quando adjuvari orat ut faciat quod iubetur, nisi ut*

non DELECTABAT? Illa enim est gratia qua quis adjuvatur ut faciat quod iubetur, juxta illud Augustini quod supra diximus: Cum ab illo illius adiutorium deprecamur, ad faciendam perfectamque institutam, quid aliud deprecamur, quam ut aperiat quod latebat, ut SVAVE FACIAT, QVOD NON DELECTABAT? Itaque sanctissimus Doctor singularia quæque, non supernaturalia, sed moralia mandata percurrrens, à quibus faciendis per oppositas terrenarum concupiscentiarum delectationes revocamur, quasi ex professo, superbissimam illam Philosophorum opinionem refutandam suscepisset, qua putant se sua voluntatis libertate, posse tentationibus ad transgressionem impellentibus resistere, atque ingenitis motibus dare leges, quamdiu rationis usus perdura verit, elegantissimè ipsos solidissimèq; redarguit: Cum ergo verum sit quod dicit: si volueris conservabis mandata, quare querit in ore suo dari custodiam, similis ei qui dicit in Psalmo: Pone Domine custodiam ori meo? Quare non ei sufficit mandatum Dei & voluntas sua: quandoquidem si voluerit, conservabit mandata? Quam multa Dei mandata sunt contra superbiam? IAM NOVIT EA; SI VOLVERIT, conservabis mandata. Quare ergo paulo post dicit: Domine Pater & Deus vita mea, elationem oculorum ne dederis mihi? Iam dixerat ei lex: Non concupisces, vult ergo & faciat quod iubetur: quoniam si voluerit conservabit mandata. Quare sequitur & dicit: Concupiscentiam averte à me? Contra luxuriam Deus quatuor mandavit? Faciat ea, quia si voluerit conservabit mandata. Quid est quod clamat ad Deum, ventris appetitio, & concubitus ne apprehendant me?

Iam vide quid ad istam difficultatem dissolvendam respondeat Augustinus, in qua postulat aliquis adiutorium Dei, quasi sine illo non possit facere quod iubetur, & tamen hoc ipsum si voluerit, facit; si hac te presenti diceremus, rectissimè nobis responderet & diceret: Ex ista oratione mea qua hoc à Deo peto, intelligite quomodo dixerim: SI VOLVERIS CONSERVABIS MANDATA. Certum est enim nos mandata servare si volumus: sed quia preparatur voluntas à Domino, ab illo petendum est, UT TANTUM VELIMUS, QUANTUM SUFFICIT, ut volendo faciamus. Certum est nos velle cum volumus, sed ille facit ut velimus bonum. Certum est nos facere cum facimus sed ille facit ut faciamus præbendo vires efficacissimas voluntati qui dixit, faciam ut in iustificationibus meis ambuletis & faciat. Quibus præclarissimis verbis divina veritate lucentibus nos docere vult Augustinus, quando Scripturæ de quocumque præcepto dicunt: Si volueris, conservabis mandatum, nullo modo sensum esse ut Pelagiani, & huius quoque temporibus multi putant, quod iam hoc ipso quo mandatur, & homo habet liberum voluntatis arbitrium, possit istud mandatum facere, tantummodo si voluerit. Nam quid stultius quam orare ut facias quod in potestate habeas? Sed lenis est quod mandatum istud non nisi libero arbitrio voluntatis implendum sit, quamvis teipsum nunc neque faciendi potestatem habeas,

neque voluntatem, adeoque per teipsum quantumlibet conatus fueris, habere non possis. Nam idcirco vocibus & gemitibus pulsamus Deum, ut si non possumus, tribuat potestatem, hoc est, plenam fortemque voluntatem; aut si nec volumus, tribuat voluntatem. Sic enim tribuit & velle, & posse, & facere quando miseretur. Nam & velle mandatum, & posse, & facere, non est aliud quam fortiter pleneque velle. Nimis autem exorbitant à tramite veritatis, qui talia, quia voluntate, seu volendo tantum peragenda sunt, à seipsis fortiter tantum conando, se habere posse delirant, & adhuc intolerabilius, qui etiam Ethnicos & Paganos, quamdiu rationis vigor durat, hoc posse sui arbitrij libertate contendunt. Nam ad hoc ipsum præstandum imbecillibus gratia Salvatoris in mundum venit: Idcirco tamen inbet aliqua qua non possumus, ut noverimus quid ab illo petere debeamus, ipsa est enim fides, que orando impetrat quod lex imperat. Et quid est illud quod non possumus, nisi Deus adjuverit? Quid est quod ab illo petere debemus? Quid est quod fides orando impetrat? Nempe hoc ipsum quod lex imperat; quod non est aliud, quam velle, & fortiter velle. Hoc ipsum ergo non possumus, nisi orando impetretur, juxta illud Augustini toties iteratum: Certum est nos velle cum volumus, sed ille facit ut velimus bonum. Certum est nos facere, & consequenter posse cum facimus, sed ille facit ut faciamus & consequenter ut possimus, præbendo vires efficacissimas voluntati: Nempe ut qui voluerit & non poterit, nondum se plene velle cognoscat, & vret ut habeat tantam voluntatem quantum sufficit ad implenda mandata. Si enim adiuvatur ut faciat quod iubetur.

Hæc igitur volendi imbecillitas quæ ex terrenarum rerum delectationibus deorsum voluntatem ad creata atque carnalia diligenda deprimentibus nascitur, vera causa est, cur delectatio contraria iustitiæ seu operis boni quod præcipitur, necessaria sit, qua sublevatur animus vel fortiter velle possit, quod iam tenuiter vult, vel etiam velle quod non vult, Cujus delectationis suavitatis, nisi Deus voluntatem deliniverit, nonquam poterit, ipsius præcepti iustitiam vel implere vel velle: sed si quos actus circa præceptum exercere videatur, non nisi in terrenarum concupiscentiarum ac delectationum, vel proprii saltus fructum terminabuntur. Cælestis enim illa suavitas mollit viam, ut voluntas ex carnalium rerum vilco emergere possit, & seipsam in iustitiam diligendam figere. Cum enim non possit motus nisi ab immobili fieri, suavitas illa immobilem quodammodo, reddit animum, ut possit in motum liberum spiritualis voluntatis ac dilectionem erumpere. Ex quo consequenter fit ut si illa desit, voluntas veluti torpens ac mortua nihil omnino boni amplecti possit: quemadmodum etiam è contrario, nihil in carnalibus diligendis proficere potest, nisi quod eam ante delectaverit. Quæ quidem omnia non solum ex principiis quæ supra de delectatione sanctus Augustinus tradidit, manifestè conse-

Lib. 2. de per.
seris. c. 19.

Lib. de grat.
& lib. arbit.
cap. 16.

Lib. de grat.
& lib. arbit.
cap. 16.

Lib. de nat.
& grat. c. 18.

Lib. de gra.
& lib. arbit.
cap. 16.

confectanea sunt, sed etiam apertissimis verbis alijs in locis ex professo docet. Nam in libro secundo de peccatorum meritis, disputans unde fiat, quod homines nolint benefacere, causam unam dicit esse ignorantiam boni, cui contraria est cognitio boni; sed ista quamvis sit etiam gratia Dei; non tamen illa proprie dicta per quam fit ut voluntas velit & operetur id quod per legem instructa jam bonum & faciendum esse cognoscit. Alteram & propinquiorem causam assignat; infirmitatem voluntatis. *Nolunt homines facere quod iustum est, siue quia latet an iustum sit, siue quia non delectat. Tanto enim quodque vehementius volumus, quanto certius quam bonum sit novimus, eoque delectamur ardentius.* Ex quo statim concludit: *Ignorantia igitur & infirmitas vitia sunt quae impediunt voluntatem ne moveatur ad faciendum opus bonum vel ab opere malo abstinendum.* Et in Enchiridio ad Laurentium: *Diaboli ex causis peccamus aut non videndo quid facere debeamus; aut non faciendo quod debere fieri iam videmus. Quorum duorum illud ignorantia malum est, hoc infirmitas.* Et in utroque loco veram infirmitatis medicinam docet, esse delectationem iustitiae, quae facit nos eo ardentius velle, quo ardentius delectamur. In quaestione vero secunda libri primi ad Simplicianum, cum accuratè investigaret, unde contingat quod unus pro alio credit, cum omnibus liberum arbitrium datum sit, rem totam in divinam voluntatem & ex ea profluentis cardinem delectationis refert: *Præcipitur ut credamus, inquit Augustinus, ut dono accipere Spiritus sancti per dilectionem bene operari possimus. sed quis potest credere nisi altissima vocatione, hoc est, altissima reformatione tangatur? Sed quia responderi posset illa reformatione posita, iam libera voluntatis esse credere, si voluerit pergit profundius radicem querere: Quis habet in potestate tali visio attingi mentem suam quo eius voluntas moveatur ad factum? QVIS AUTEM ANIMO AMPLECTITUR ALIQUID QUOD EUM NON DELECTAT? Aut quis habet in potestate, ut vel occurrat quod eum delectare possit, vel delectet cum occurrerit? Cum ergo nos ea delectant quibus proficimus ad Deum, inspiratur hoc & praebet gratia Dei, non nutu nostro & industria, aut operum meritis comparatur. Ecce clarissime & exterrissime traditum, neminem posse amplecti aliquid quod eum non delectet; hanc delectationem non esse in hominis potestate; hanc inspirari gratia Dei, non nutu nostro aut operum meritis comparari. Ut liquidissime intelligeremus, idcirco delectationem tanquam gratiam Dei tantoperè ab Augustino commendari, quia est animo instar olei aut pinguedinis ejusdam, sine qua cardo voluntatis torqueri aut moveri nullo pacto ad bonum potest. Unde istam fortassis attendens Propheta similitudinem in Psalmo dixit: *Sicut adipe & pinguedine repletur anima mea: Nam & effectus statim jungitur: Et labijs exultationis laudabit os meum.* Ne vero sanctus Augustinus temere tam absolutam de re tanta sententiam, quae universos humanae voluntatis motus tangit,*

A pronuntiasse videretur iterum interiectis patiens eundem scrupulum movet fortassis videlicet ex aliqua voluntatis distantia contingere, quod unus pro alio fidem apprehendat sibi praedicatam: *Restat ergo ut voluntates eligantur, sed istud tanquam sibi perspectissimam retundens veritate, quaestionem adhuc absolutiori auctoritate definiens: SED VOLUNTAS IPSA, NISI ALIQUID OCCURRAT QUOD DELECTET ATQUE INVITET ANIMVM, MOVERI NVLLO FACTO POTEST. Hoc autem ut occurrat, NON EST IN HOMINIS POTESTATE.*

Et ista quidem scripsit Augustinus, cum primo fidem esse donum Dei, Deo revelante percepit: cum tamen delectationis necessitatem ad omnes humanae voluntatis effectus, nunquam non asseruisse atque ex professo tanquam rem certissimam docuisse videatur. Nam unde alioquin verum est id quod in sermone quarto de verbis Apostoli dicit: *Tunc discite ut faciam si in TVA SUAVITATE docui me; nisi quia nemo animo amplectitur aliquid quod eum non delectat? Unde alioquin verum est quod in sermone quinto dicit: Nolo, non facio. Para QVIA DELECTAT, non facio. Habeo cui condelector; nisi quia nemo amplectitur aliquid quod eum non delectat? Et unde alioquin verum est quod in sermone decimo quinto dicit: ILLE NISI PRIOR DET SUAVITATEM terra nostra non habebit nisi fertilitatem; nisi quia nemo animo amplectitur aliquid quod eum non delectat? Et unde alioquin verum est, quod in sermone decimo-septimo dicit: Interrogo utrum ames iniquitatem: respondebis amo. Quos non responderes veraciter, nisi te aliquatenus delectaveret. Et resolutissime causam subjicit: NON ENIM AMATUR NISI QUOD DELECTAT, nisi quia nemo animo amplectitur aliquid quod eum non delectat? Et unde alioquin verum est, quod in Psalmum sexagesimum quartum dicit: *Celis contanti & terrenti, si non te delectet ille, qui prior passus est ut tibi exitum faceret.* Et in Psalmum octogelimum quartum: *Nisi Deus pluerit suavitatem delectationis quid prodest quod seminatur? Hoc est Domini dabit suavitatem, & terra nostra dabit fructum suum? Et in Psalmum octogelimum quintum: Si nulla iucunditas, deficiamus; ergo iucunditatem aspergat & de dulcedine iucunditatis perducatur nos ad sedem securitatis.* Et in Psalmum centesimum vigesimum septimum: *Nisi haberet aliquam suavitatem panis ille (doloris) nemo illum manducaret; unde haec, inquam, vera sunt, nisi quia nemo animo amplectitur aliquid quod eum non delectat? Et unde alioquin verum est, quod in libro sexto de musica dicit: Non enim amor temporalium expugnaretur nisi aliqua suavitate aternatum: Et in libro quarto de doctrina Christiana: Quis tenetur ut audiat si non delectetur? Et libro secundo ad Bonifacium: Tunc bonum concupisces incipit, Et in libro de gratia Christi: Hoc modo quisquis discit per suavitatem omnino agit, quicquid agendum didicerit. Et in libro de Spiritu & littera: Cum id quod agendum est caperit non latere, nisi etiam delectet & amoret, non**

Ita refertur lib. de praedict. ss. cap. 4.

Serm. 4. de verb. Apost. cap. 8.

Serm. 5. c. 9.

Serm. 15. c. 7.

Serm. 17. c. 3.

In Psal. 64.

In Psal. 84.

In Psal. 83.

In Psal. 127.

Lib. 6. de musica cap. 11.

Lib. 4. de doctr. Christi. cap. 26.

Lib. 2. ad Bonif. cap. 9.

Lib. de grat. Christi c. 13.

Lib. de spir. & lit. c. 3.

lib. 1. c. 17.

lib. 1. c. 17.

lib. 1. c. 17.

lib. 1. c. 17.

lib. 1. c. 17.

lib. 2. de peccatis. c. 17.

non agitur, non suscipitur; nisi quia nemo animo amplectitur aliquid quod eum non delectat? Et unde alioquin verum est, quod in libro secundo de peccatorum meritis dicit: *Nolumus homines facere quod iustum est, sive quia latet an iustum sit, sive quia non delectat.* Nisi quia nemo amplectitur aliquid quod eum non delectat? Denique ut paucis multa comprehendendo finiam, unde alioquin verum est, quod paulo ante toties repetivit, in conspectu temptationum necessarium esse, si victores esse volumus, ut quoquid delectatio, aut dolor impedit delectatio ista caelestis superet; ut Deus faciat plus delectare quod praecepit, quam delectat quod impedit; ut plus delectet veritas quam aurum; ut maior sit delectatio sapientiae, ut quod male libet, vincente bona delectatione non fiat; ut contra suavitatem noxiam suavitatis benefica delectetur amplius continentia; denique quid dicit nos profecto vinci nisi accedente suavitatis delectatio iustitia vincit in nobis aliarum verum delectationes; nisi quia nemo animo amplectitur aliquid quod eum non delectat, & nisi delectet, ut ait, voluntas moveri nullo pacto potest? Ex eadem enim radice nascitur ut in conspectu delectationum, non aliud animo amplecti, nec ad aliud amandum, sequendumque moveri possit, nisi quod vehementius delectaverit. Hac enim se niti lege consequentia, non semel ipsemet disertis verbis explicat, ut quando dicit: *Tanto quidque vehementius volumus, quanto certius quam bonum sit norimus, eoque delectamur ardentius.* Et quando dicit: *Non est consequens ut quod appetendum cognatumque fuerit appetatur nisi tantum delectet, quantum diligendum est.* Postremo quando ut nobis omnem scrupulum ambiguitatis eximeret, delectationem omnis operationis securae mensuram statuit, succinctissime clarissime, absolutissimeque pronuntians: *Quod amplius nos delectat, secundum id operemur necesse est.* Nimirum quia id quod amplius nos delectat, etiam amplius velimus ac diligamus necesse est, tanto enim quidque vehementius volumus, quanto delectamur ardentius; quod autem magis volumus ac diligimus, secundum id operemur necesse est. Unde quemadmodum hic dicit necesse esse nos delectari; ita paucis interiectis in eodem loco adjicit, necesse esse ut id operemur atque sectemur, quod amplius dilexerimus, quia videlicet naturali ordine, ex delectatione delectio, ex dilectione operatio consequitur: *Manifestum est certe secundum id nos vivere, quod sectati fuerimus, sectabimur autem quod dilexerimus.* Itaque si ex adverso consistant duo, praeceptum iustitiae & consuetudo carnalis, & utrumque diligatur, id sectabimur quod amplius dilexerimus. Si tantumdem utrumque diligatur, nihil horum sectabimur sed aut timore inhiis trahemur, in alteram partem; aut si utrumque aequaliter etiam timeamus, in periculo sine dubio remanebimus, fluctu dilectionis & timoris alternante quassati.

A *Etiam cum ita sint, principijs praedictis Augustini consentaneum & confectionem esse quisque facile observare potest, quod delectatio, ut quis bonum velit, non ex natura boni aut supernaturalis operis, sed potius ex conditione volendi necessaria est. Voluntas enim sine delectatione velle aut moveri, ut Augustinus loquitur, nullo pacto potest, quod sane respectu cupidiliter operationis locum habet. Unde etiam in peccatis eadem necessitas delectationis ad volendum, ac maioris delectationis ad superandam oppositam delectationem reperitur. Nam hoc est quod ipse toties dicit: *Ratio nostra deducti ad confessionem peccati non potest, nisi cum delectatio nota fuerit.* Et: *Si Gra. dicit, nihil delectaverit illicitum, nemo peccaret.* Et, *quod est peccatorum in d. c. in factis, in cogitationibus, non exoritur nisi ex illicita delectatione.* Et, *animus delectatione morbida vincitur, et pudore poenitendi peccari, dum plus delectat bonum aestimatio, quam iustitia poenitendi.* Et similia. *cap. 14.**

B *Quod & ex ipso certamine delectationum oppositarum, in quo vehementior superat, ut supra vidimus, manifestum est.*

Ibid.

lib. de spir. & lit. c. 35.

Expos. in Epi. ad Gal.

lib. 2. de peccatis. c. 17.

lib. 2. de peccatis. c. 17.

CAPVT OCTAVVM.

Quinto ostenditur, delectationem esse veram gratiam Christi, ex adjutorio perseverantiae in hac vita, & impeccabilitatis in caelo. Epilogus probationum praecedentium.

QUINTO denique, suavitatem caelestis delectationis esse veram Christi gratiam, qua medetur imbecillitati nostrae, inde quoque perspicue ostenditur, quod quemadmodum velle & fortiter velle ac vincere, ita etiam constanter ac perseveranter velle, imo impeccabiliter velle ex eadem delectatione proficitur. Quod eadem, perspicuitate atque doctrina securitate diversis locis Augustinus tradit. Nam istam

A *humanæ perseverantiae radicem innuit, quando de liberissima, fortissima, invictissima, perseverantissima Petri voluntate, quam dederat ei gratia, disputando concludit: *Voluntas humana non libertate consequitur gratiam, sed gratia potius libertatem. & ut perseveret delectabilem perpetuam & insuperabilem fortitudinem. Istam Angelicam immobilitatis & consequenter impeccabilitatis radicem apertissime designat in operibus contra Faustum. Cum enim tanquam**

lib. de Civ. & gratia.

lib. 2. de peccatis. c. 17.

lib. 22. cap. 28. *liber illicum, nemo peccaret, quo tota questio ista absolvitur; tamen indaganda veritatis methodo, sic pergit August. Vtrum autem sit aliqua rationalis creatura, quam nihil possit illicitum delectare, magna questio est. Ex quo genere removet & Angelos & homines qui ceciderunt, & bruta quae delectationes coercere, & proinde etiam peccare non possunt. De Angelis vero sanctis subtexit in hunc modum: Angelica sublimis natura non peccat, quia ita participes legi aeternae, ut solus eam DELECTET DEVS, cuius voluntati sine ullo impedimento tentationis, hoc est, delectationis obtemperat. Quod paulo ante ad sanctae delectationis perpetuitatem respiciens dixerat: Cuius aeterno imperio liberaliter, quia suaviter servantur. Hanc & impeccabilitatem humanae rationem tangit quando dicit: Tunc non peccabimus non solum factis, sed nec concupiscentiis, cum illam faciem viderimus, quae vincit omnes concupiscentias. Et causam reddens, cur non peccabimus: Tam enim DULCIS est, fratres mei, tam pulchra, ut illa visa NIHIL ALIUD POSSIT DELECTARE? Quod alibi dicit: Non aliquid aliud DELECTABIT nos: quia nihil est melius Deo, qui fecit omnia quae delectant. Et in libro decimo quarto de Trinitate: Erit (mens hominis) in abscondito vultus eius, tanta libertate eius impleta ut eam nunquam peccare DELECTET. Et in eodem libro statuit, temperantiae, quae in hac vita reprobis DELECTATIONIBUS pravis occupatur, officium in caelo futurum: nullo defectu noxio DELECTARI, hoc est, ita divino amore ac delectatione plenum esse, ut nunquam noxae deficere seu peccare delectet. Ex quibus relinquit intelligendum, non posse etiam ad aliud moveri peccando voluntatem, quia ut constanter supra tradidit, nemo animo amplectitur aliquid, quod eum non delectat; & voluntas ipsa nisi aliquid occurrerit quod delectet atque invitet animum, moveri nullo pacto potest. Quapropter quia nihil aliud ibi delectare voluntatem poterit, nihil aliud etiam amari poterit voluntate; & e contrario quia ibi sempiterna erit de Deo delectatio, sempiternus erit etiam amor atque laudatio. Quod egregie declaravit in Psalmos: Si refrigeret amor noster, refrigeret actio nostra. Et mox declarat quod in beatitudine caelesti haec erit actio nostra laus Dei, Amas & laudas; desinus laudare si desinus amare, Non autem desinus amare, quia talis est quem vides qui te NULLO OFFENDAT FASTIDIO, hoc est circa quem nullus oritur defectus delectationis atque dulcedinis. Sic enim subiuciendo explicat hoc factum: Si ergo illa & ineffabilis & sempiterna dilectio, erit &c. Sed omnium apertissime ac disertissime radicem ista incoit impeccabilitatis humanae, quando de libero arbitrio ex professo tractans dicit: Nec ideo liberum arbitrium non habebunt, quia PECCATA EOS DELECTARE NON POTERVNT. MAGIS QUIPPE ERIT LIBERVM A DELECTATIONE PECCANDI USQUE AD DELECTATIONEM NON PECCANDI INDECLI-*

A NABILEM LIBERATVM. Nempe quia si ibi erit peccandi delectatio, & delectatio non peccandi seu bene agendi erit indeclinabilis, ideo peccare non poterunt. Hanc denique radicem tangit immobilitatis ad peccandum, qua diaboli detinentur, quando humanam naturam a peccato reparabilem, cum illa peccatrice creatura, damnataque comparans: *lib. 3. de lib. arb. c. 3.* Habet ordinem suum etiam ista peccatrix (creatura, hoc est, humana natura) amissa in peccata beatitudine, sed non dimissa recuperanda, beatitudinis facultate, quae profecto superat eam, quam peccandi PERPETVA VOLVPTAS tenet. Per hoc insinuans, ex perpetuitate voluptatis, perpetuam peccandi voluntatem in demonibus nasci. Quamquam quadam exemplaria loco (voluptas tenet) legant, voluntas tenet & ita locus nihil probat. Sed si verum est id quod Augustinus generaliter de voluntate docuit, quod nisi delectet aliquid atque invitet animum, eam moveri nullo pacto posse, rationis profecto immobilis consequentia invicta conficit, demones duplici capite, ex defectu scilicet caelestis delectationis non peccandi & assidua peccandi delectatione, etiam perpetua peccandi, seu in peccato quo ceciderunt, persistendi voluntate detineri.

Sed ut ad Angelos bonos revertamur, eorum impeccabilitatem, non ex illa nuda clara visione Dei, ut passim putant, proficisci, veritas apud Augustinum receptissima est & constantissimè tradita. Docet enim frequenter ideo homo in futura vita peccare non posse, quia confixa veritati & sapientiae Dei immobili amore conjungitur, ex cuius vinculi firmitate fiat, ut omnia inferiora bona praesentis illius charitate contemnat, & ab ejus contemplatione averti non possit aut velit. Nam hoc est quod de Angelis viatoribus dicit: *lib. de civ. c. 10.* Erat quod eorum adderetur beatitudini, si per librum arbitrium in veritate stitissent, donec ipsam summam beatitudinis plenitudinem tanquam praemium spiritus pervasionis acciperent, id est, UT MAGNA PER SPIRITVM DATA ABVNDANTIA CHARITATIS DEI, CADERE VLTERRIVS OMNINO, NON POSSENT, & hoc de se curiosissime noscunt. Hoc etiam significat id quod contra Iulianam tradit de mente rationali: *lib. 4. cont. Iul. cap. 3.* Quam vero periculose, imo periculose sibi placeat (mens rationalis) cum per hoc tumescit typho & morbo inflationis extollitur, quamdiu non videt, sicut videbit in fine, summum illud & incomensurabile bonum, IN CUIVS COMPARATIONE SEMPER SPERNAT SIBIQUE ILLIVS CHARITATE VILISCAT: Tantoque spiritu eius impleatur, ut id sibi non ratione sola) hoc est, visione seu cognitione veritatis) sed AETERNO QUOQUE AMORE praeponat, multum est disputando velle monstrare. Et paulo inferius: Quando tanta satiabitur visione ET TANTA INFLAMMABITVR CHARITATE SUPERIORIS BONI, ut ad seipsum sibi placendo deficere ab illius DILECTIONE non possit. Quod si ad seipsum diligendum deficere mens rationalis praesumptiva boni, dilectione non poterit, profecto multo minus ad alia inferiora. Nam ut ibidem, quia

quia nihil est in creaturis rationali mente præstantius, inde fit consequens, ut etiam mens bona magis sibi placeat, quam quolibet alia creatura. Hoc est, quod etiam ad Bonifacium de salutis humanae proventu dicit: *Salus hominis tanta esse poterit, ut peccare omnino non possit.* Salutem vero hominis fieri per charitatem, imo esse charitatem, est in Augustino manifestum, apud quem axioma usitatum est: *Charitas, sanitas.* Vnde alibi: *Tunc erit plena iustitia, quam non peccando perfici do. et, quando plena sanitas tunc plena iustitia, quando plena charitas; usque adeo ut ibidem dicat: Donec fiat perfecta iustitia, tanquam sanitas plena.* Hoc est, quod significat etiam in libris de Genesi ad litteram: *Sancti Angeli. Nam incommutabilem substantiam creatoris ita conspiciunt, ut visione atque amore eam præponant omnibus.* Et luculentius in libris de Civitate Dei ubi tradit corporalium rerum scientiam sanctis Angelis esse vilem ut non inflentur, *Non quod earum ignari sint, sed quod illis, Dei quæ sanctificatur charitas chara est, præ cuius tantum incorporali, verum etiam incommutabili & ineffabili pulchritudine, cuius sancto amore in ardescant, omnia quæ infra sunt, quod illud est non sunt, seque ipsos inter illa contemnant, ut ex toto quod boni sunt, eo bono, ex quo boni sunt perfruatur:* Hoc est denique, ut alia ipsius testimonia præmittam, quod in libro decimo quarto de Civitate Dei significat apertissime: *Vbi boni adepti amor inmutabilis est, profecto si dici potest mali cavendi timor securus est. Timoris quippe casti nomine, ea voluntas significata est, quæ non necesse erit nolle peccare: & non sollicitudine infirmitatis, ne forte peccemus, sed tranquillitate charitatis cavere peccatum.* Ex quibus & similibus locis, quæ ex Augustino acceri possent, perquam evidens est impeccabilitatem hominum atque Angelorum non tam ex visione tanti boni, quam ex consummata eius dilectione proficisci.

Cujus quidem veritatis duplex esse radix videtur, prima quia charitatis delectatio, absorbet omnes omnino terrenæ atque carnalis, hoc est, cuilibet oppositæ dilectionis motus, quæ voluntas ad aliud diligendum & per hoc peccandum pellicis ac perditio posset. Nam hæc absorptio omnium libidinum infirmarum, cæcæ charitatis effectus est, juxta illud Augustini: *Verum ecce iam talem constitutus animam humanam, in hoc corruptibili corpore, quæ est nondum ita supereminenti perfectione charitatis Dei, omnes motus terrena libidinis absorbuunt atque consumpsit, &c.* Et illud libro sexto contra Iulianum: *Ignorantia naturæ veritate magis magisque lucente; concupiscentia minus charitate magis magisque fervente. Illi autem concupiscentiæ motus, sunt tanquam delectationes quæ ad creaturas diligendas alliciunt, quibus à Dei amore ad peccata retorquemur.* Vnde in Psalmos Augustinus Christi fideles de illarum delectationum ablatione consolans: *Audi, inquit, promissionem quia non semper erunt in carne desideria illicita. Etiam resurget & mutabitur, & cum mutata fuerit caro ista*

mortalis in spiritale corpus, iam nullis concupiscentiis secularibus, iam nullis terrenis delectationibus titillabit animam, nec averteret à contemplatione Dei. Quæ contemplatio Dei apud Augustinum, non est nuda cognitio Dei tanquam supremæ veritatis, sed cum ardentissimo amore juncta, qui mentem figit in videndum Deum. Itaque in libris octoginta trium questionum, absorptionem hanc omnium terrenarum delectationum, quibus ad peccata potentissime concitatur, tribuit celestis delectationis abundantia, quæ charitati propria est: *Tunc itaque absorpta erit mors in victoriam, cum per sanctificationem in omni parte hominis perfecta delectatione spiritualium, delectatio carnalis obstruetur.*

Itaque secunda radix est, quia charitatis illa superfluens abundantia figit non solum voluntatem, sed & intellectum ipsum, immobiliter in Deum, ut cum sine cessatione contempletur. Nam quemadmodum ab initio spiritualis inchoationis in hac vita, voluntas est, quæ bonitatem inchoat, utpote quæ facit intellectum credere imbutum lumine spiritali quod requiritur, quamvis fide jam radicata fortius diligat: ita etiam in fine spiritualis consummationis, voluntas est, quæ bonitatem felicitatemque consummat, applicans & figens intellectum lumine gloriæ perfusum in objectum suum, ne velit unquam ab ejus contemplatione divertere. Ex quo intuitu claro veritatis nascitur, ut etiam ferventius diligat. Præclare tradit hoc idem Augustinus, in quibusdam scriptorum suorum locis. Nam in soliloquijs de illis disputans, quæ tam ante Dei visionem, quam adepti visione necessaria sunt; Ergo, inquit, cum anima Deum videt, hoc est Deum intelligere contingit, videamus utrum adhuc ea tria ita sint necessaria. Vides quare sit necessaria, quum tam videat? Spes nihilo minus, quia tam tenet, Charitati vero non solum nihil detrahitur, sed additur etiam plurimum. Nam & illam singularem, veramque pulchritudinem cum videtur plus amabit: *ET NISI INGENTI AMORE OCULUM INFEXERIT, NEC AB ASPICIENDO USQVAM DECLINAVERIT, MANERE IN ILLA BEATIFICA VISIONE NON POTERIT.* Et non multo inferius: *Sed cum post hanc vitam tota (anima) se in Deum collegerit, charitas restat. Quæ ibi teneat. Et elegantissime deservens ordinem inchoandæ & invenandæ sanctitatis, & in illa perpetuo permanendi: Nam si sapientia & veritas non totis animi viribus concupiscatur, inveniri nullo pacto potest. At si ita queratur ut dignum est, subire hunc sese atque abscondere à sui dilectionibus non potest &c.* Amore petitur, amore queritur, amore patitur, amore revelatur, amore denique in eo quod revelatum fuerit permanetur. Et in libro tertio de libero arbitrio, cum docuisset animum quamvis aliquid sit quod possit placere post Deum, esse tamen meliorem, cum obliviscitur sui præ charitate incommutabilis Dei, vel seipsum poenitus in illius comparatione contemnit, ita ut ab illo nullius inferioris rei dilectione deprimatur, subijcit modum,

Lib. 3. ad Bonif. c. 3.

Lib. de perf. iust. c. 3.

Lib. 12. de Gen. ad lit. c. 36.

Lib. 9. de Civit. c. 22.

Lib. 14. de Civit. c. 9.

Lib. de spir. & lit. c. ult.

Lib. 6. cons. Jul. c. 16.

In Psal. 75.

Lib. 33. q. 70.

Lib. 1. q. 10.

Lib. de mori. Eccl. c. 17.

modum quo istud in nobis fieri solet, nempe
 quod post labores miseriasque inessabiles TANTA
 CHARITATE LIBERATORI NOSTRO INHÆ-
 REAMVS, ET TANTA IN EVM CHARITATE
 RAPIAMVR, VT NULLA NOS VISA EX IN-
 FERIORIBVS A CONSPECTV SUPERIORE DE-
 TORQVEANT. Ex quibus Augustini contesta-
 tionibus, perspicuum est, non ex visione Dei
 proficisci, quod creatura rationalis tam con-
 stanter Deum diligit, ut ab eo deflectere &
 peccare non possit. Charitas enim velut posi-
 tus intensissimus ex magnitudine beneficii
 suauitatis mentis oculum rapit, in intuitum
 tanti boni, & in illud fixam immobiliter tenet,
 ut reciprocante in inuicem refusione, semper
 exultando diligit, ac diligendo contem-
 plat. Qui diligens impetus, si adultere cu-
 juscumque delectationis permixtione laxaretur,
 mens illa beata iterum retrahendo tenebre-
 rert & peccaret. Vnde praclare S. Augustinus
 in Confessionibus suis: Est idonea (meus ratio-
 nalis beata) faciem tuam semper videre, nec us-
 quam desinat ab ea, quo sit, ut in illa mutatione
 uarietur: inest ei tamen ipsa mutabilitas, unde tenebre-
 sceret & frigeret, nisi amore grandi tibi coherens
 semper merulis luceret & feruere ex te.

Quod si esset ad rem praesentem magis ope-
 re necessarium, non difficulter sane etiam alijs
 argumentis, & in primis ex illa ipsa celebri
 sententia, quam ex Augustino perperam in-
 tellecto, schola simpliciter, beatitudinem collo-
 cans in visione Dei, & ex illa causas impeccabi-
 litatis eruens, probari posset. Nam nihil
 quidem in scriptis Augustini celebratius
 est, quam creaturam rationalem Dei clara
 cognitione, visione, contemplatione, & siquid
 aliud aequipolleat, beatam fieri: sed nun-
 quam hoc intellexit Augustinus de illa arida
 visione vel contemplatione, quae dilectioni
 condistinguitur & quodammodo ei praua
 concipitur, velut objecti propositio, ut vo-
 luntas in illud ferri possit. Quis enim visio
 vel contemplatio, si voluntas etiam iusta
 illidem terrenis delectationibus tangeretur,
 cum quibus in hac vita amicit, non solum
 eam non redderet impeccabilem, sed etiam
 peccare sineret. Non enim nuda viro quan-
 tumcumque clara veritatis (Deus enim
 veritas est) sed ejus delectatio ac dilectio
 frangat infirmas delectationes, mentemque ab
 earum consensione suspendit. Hac autem
 delectatio & dilectio non contemplatione
 quantumcumque manifesta, sed alia longe
 majori sancti Spiritus misericordia infundit-
 tur, per quam diffundit charitatem in cordi-
 bus nostris. De illa igitur clara visione &
 contemplatione doctrinam suam sanctus Prae-
 sul intelligit, quae partim ex ipso lumino-
 sissimo Dei amore jam fruente nascitur, quod
 divinissimum charitatis lumen secenties pra-
 dicat; partim amorem quodammodo sequi
 intelligitur, dum ipsemet, ut supra vidimus
 mentis aciem illuminatam figit in Deum, quod
 ejus contemplatione irretorte perficitur. Ex
 illa enim regula sancti Augustini doctrina me-

tienda est, quam ipse tum alibi, tum eviden-
 tissime in libro octoginta trium questionum
 tradit: Fieri potest ut habeat quisque aliquid, quod
 habere, hoc sit quod nolle, neque amare tamen, verbi
 gratia numeros arithmeticos. Quoniam bo-
 num quod non amatur, nemo potest perfecte habere
 vel nolle. Quis enim potest nolle, quantum sit bonum
 quo non fruitur? Non autem fruitur si non amat;
 nec habet igitur quod amandum est, qui non amat:
 etiamsi amare possit, qui non habet. Nemo igitur
 vitam beatam novit, & miser est: quoniam si aman-
 da est sicut est, hoc est eam nolle, quod habere. Quis
 cum ita sint, quid est aliud beate vivere, nisi aeternum
 aliquid cognoscendo habere? & terminum est enim
 de quo solo recte scitur, quod amari auserti non
 potest: illud ipsum est, quod nihil sit aliud habere
 quam nolle. Omnium enim rerum praestantissimum
 est, quod aeternum est: & propterea id habere non
 possumus, nisi ea re qua praestantiores sumus, id
 est mente. Quicquid autem mente habetur, noscend-
 o habetur, nullumque bonum perfecte noscitur,
 quod non perfecte amatur. Et mox vult etiam
 ceteros appetitus menti rationique consentire de-
 bere, ut in tali pace & tranquillitate vacet mente
 contemplari quod aeternum est. Ergo, inquit, etiam
 ceteris suis partibus amare animus debet, hoc tam
 magnam quod mente cognoscendum est. Hec est
 igitur contemplatio & cognitio perfecta, qua
 beata vita perficitur, cognitio Dei, quae ex
 perfecto amore ceteros omnes animi appeti-
 tus ac delectationes vel absorbente, vel in sui
 rationisque conformitatem rapiente, & ea
 perfrenante proficitur: ad cuiusmodi cog-
 nitionem etiam Dei in eodem loco Scriptu-
 ram illam accedit: Haec est autem vita aeterna ut
 cognoscant eum solum Deum &c. Doctrina ista plu-
 ribus alijs Augustini principijs firmari posset
 ac testimonijs cumulari: Sed quia non est hu-
 jus loci, & locus ille unicus in tot omnium
 sufficit, securè ex his que toto illo capite du-
 cta sunt, allere posse videor; solum amorem
 esse, quo in futura vita tam fortiter atque im-
 mobiliter inharetur Deo, ut & omnium ter-
 renarum rerum appetitus ac delectationes ab-
 sorbeat; & ab ipsa beatissima contemplatione
 non possit ad inferiora dirigenda detorqueri:
 in quo vera ejus impeccabilitas sita est. Vnde
 vero tantus, inquires, charitatis ardor & im-
 mobilitas, quae utrumque praestet, ut & absor-
 beat omnes terrena delectationis motus, &
 intellectum tam potenter in suum objectum
 velut ingere? Et unde putas, nisi ex illo tor-
 rente voluptatis totas vires voluntatis ad se
 rapiente, quo caelestis civitas potatur? Nam
 ille tam alidque rapideque fluit, ut nihil aliud
 eam delectare possit, & consequenter nihil
 aliud amari. Quem fontem digito demon-
 strat Augustinus cum dixit: Angelica subli-
 mis natura non peccat, hoc est, non diligit
 interiora, quia non participat legem aeternam ut
 SOLVS EAM DELECTET DEVS,
 eam voluntatis sine ullo experimento temptationis,
 hoc est, delectationis, obtemperet. Et om-
 nium apertissime quando de libero arbitrio
 beatorum dicit in libris de Civitate Dei,
 quod

lib. 83. c. 9.

verbi q. 35.

ibid.

ibid.

Lib. 22. cont.

Faus. c. 28.

T

L. 11. c. 30.
Civ. c. 30.

quod ideo peccare non poterit, quia A DELECTATIONE PECCANDI VS QVE AD DELECTATIONEM NON PECCANDI INDECLINABLEM LIBERABITVR.

Cum igitur hæc ita sint, quæ de illa cælesti delectatione secundum Augustini mentem disseruimus, ut videlicet etiam quando agnoscitur quid faciendum sit, ipsa sit, quæ in omnibus Ecclesiæ precibus postulatur, quatenus dignetur Deus luare facere, quod non delectat; ipsa sit illa suavitas in qua terra nostra, hoc est, mens nostra det fructum suum; ipsa magnum Dei donum sit, in quo renovatur homo noster interior; in ipsa nos doceat, ut non solum sciamus, sed etiam faciamus, ita videlicet ut hoc modo quisquis didicerit, omnino agat, quicquid agendum didicerit; per ipsam alijs extrinsecus plantantibus & rigantibus det incrementum Deus; quam nisi ipse plueret, nihil profit quicquid prædicando seminatur; tunc bonum concupisci incipiat, quando dulcescere incipit; ipsa ad omnia voluntatum & actionum genera tantopere necessaria sit, ut nisi delectet, nihil etiam quando agendum esse scitur, agatur aut suscipiatur, imo nisi delectet voluntas nihil amplecti, imo nec moveri ullo pacto possit; In conflictu tentationum per ipsam nos liberet Deus, dando cælestem delectationem, qua omnis terrena delectatio superetur; ipsa faciat nos ardentius & fortiter velle, tantoque vehementius, quanto delectamur ardentius; ipsa nos faciat perseveranter & immobiliter & impeccabiliter velle, quia secundum id operemur necesse est, quod amplius nos delectaverit; cum hæc, inquam, ita sint, aliaque plura quæ ex Augustino demonstravimus, profecto rursus & invictissimè secundum eundem Augustinum concludere posse videor, ipsam esse verissimum illud adiutorium, quod Christus attulit, & quo ipse in nobis operatur velle atque pericere. Hanc enim conclusionem ipse non solum nobis aliqua rationationis adhibito subsidio col-

legendam reliquit, sed ipsissimis penè verbis præformavit, quando contra Pelagianos de adiutorio gratiæ omnibus nervis & subtilitate disputans definit: *Ut suave fiat quod non delectabat, gratia Dei est, quæ hominum adiuvat voluntates.* Et quando argumentando conficit: *Ergo benedictio Dei est gratia Dei, quæ fit in nobis ut nos delectet, & cupiamus, hoc est, amemus, quod præcipit nobis: in qua si nos non prævenit Deus, non solum non perficitur, sed nec inchoatur ex nobis.* Et quando omnia adiutoria Pelagiana accurate distinguens, & velut adulterina repudians, Catholicum adiutorium sustinendo pronuntiat: *Nos autem dicimus humanam voluntatem sic divinitus adjuvari ad faciendam iustitiam, id est, ad bene volendum & operandum, ut præter quod creatus est homo cum libero arbitrio voluntatis, præterque doctrinam quæ ei præcipitur, quemadmodum vivere debeat, accipiat spiritum sanctum, quo fiat in animo eius DELECTATIO dilectioque summi, illius atque incommutabilis boni &c.* Nam cum id quod agendum est caperit non latere, NISI ETIAM DELECTET ET AMETVR, NON AGITVR, NON SUSCIPITVR, NON BENE VIVITVR. Quam sanctissimi Præsulis & profundissimi Doctoris doctrinam, etiam Canone expressit Concilium Araucanicum, ne quemadmodum in ceteris quæ tradidit capitibus ad amissum sancti Augustini sensa, imo verba factatum est, ita nec isto articulo ad latum unguem ab ejus præformatione recederet. Nam cum primum hæretico salvi spiritu dixisset, *Ecce Anselmus, si quis per naturam vigorem, bonum aliquod quod ad Cælestem salutem pertinet vult aeterna, cogitare, ut expediatur eligere, sive salvari, id est, Evangelicæ prædicationi consentire posse confirmaret absque illuminatione & inspiratione spiritus sancti;* statim exponit modum; quo ista illuminatio & inspiratio, nos prædicationi consentire & credere facit: *Qui dat, inquit, omnibus SVAVITATEM IN CONSENTIENDO ET CREDENDO VERITATI.* Quibus verbis Augustini doctrina de delectatione ad volendum & consentiendum requisita, succinctè, dilucideque comprehenditur.

CAPVT NONVM.

Necessitas delectationis cælestis ad bene volendum & operandum, non ex natura voluntatis, sed ex ejus pœna proficiscitur.

QVÆRI hic verò potest, unde oriatur tanta necessitas delectationis cælestis ad opus bonum, ut extra ipsam nec moveri ad bonum voluntas possit, nisi quid delectaverit, nec inter duo quæ delectant aliud eligere, nisi quod delectando superaverit: utrum ex eo quod viso objecto necessario tangatur voluntas aliqua delectatione; an ex natura voluntatis quæ non possit libere bonum objectum prosequi, nisi prius delectaverit; an aliunde?

Sed prima necessitatis illius radix nullo pacto vera esse potest. Est enim perspicuum multa

proponi bona objecta voluntati, quibus non delectatur: sed offenditur, eaque ex offensione fugit: plausibilior videtur altera necessitatis illius causa, natura voluntatis, præsertim cum etiam in actionibus malis eadem necessitas reperitur. Cui videtur experientia suffragari, qua quisque sentit se nihil omnino prosequi posse, nisi non solum præcesserit objecti apprehensio & propositio, & iudicium de convenientia speculativum ex parte intellectus, sed etiam complacentia quædam delectabilis, seu suavitas ex parte voluntatis.

Sed quamvis ista experientia omnino vera sit, non

fit, non tamen illa ratione nititur, videlicet natura voluntatis. Reptignant enim ei duo principia ab Augustino conitantissime tradita, quorum alterum est Catholica fidei, alterum tantae certitudinis, ut etiam tanquam fidei doctrinam asserere videatur. Primum principium est respectu actionis malae, quod Catholica fides doceat, poenas peccati, ignorantiam & concupiscentiam, ex qua delectatio rerum terrenarum nascitur, ex originali peccato prodijisse. Cui veritati nitens Augustinus, consequenter aduersus Pelagianos tradit, peccatum primi hominis sine delectatione praecedente perpetratum esse; delectatio quippe prima secuta est perversam voluntatem, non voluntas delectationem. Omnis quippe repugnantia bonae voluntatis, supplicium est mala; quod Deus creaturae rationali non infligit immerita. Haec diversis locis ex Augustino tanquam certissima probavimus. Ex quibus sane sequitur non potuisse primum peccatum ex praecedente delectatione, sive superbia sive gula proficisci, & proinde non nata necessitatem delectationis ex natura voluntatis.

Alterum principium est respectu actionis bonae. Docet enim Augustinus, gratiam primi hominis non fuisse talem ut faceret velle atque operari. Non ergo potuit esse talis victrix delectatio; non enim dominabatur voluntati, sed ei potius dominanti subiacebat, ut cum ipsa voluntas ageret aut non ageret, prout ipsi videretur. Nam delectatio illa caelestis victrix, est medicina aegrotae ac prostratae, non adiutorium sanae stantisque voluntatis. Ergo ex natura voluntatis non potest talis gratiae seu delectationis necessitas peti.

Vera itaque ratio tur caelestis delectatio ad actus bonos necessaria sit, ex natura medicinae seu medicinalis adiutorij petenda est. Voluntas enim per peccatum primi hominis in libidinum imperium precipitata est, ex quibus fit ut in omnibus actionibus ante gratiam, delectatione quadam libidinosa praecedente ac titillante provocetur, cui consentiendo peccat; prout hoc plurimis Augustini testimonijs, tanquam rem ex ipso certam, & experientia suffragante suo loco demonstravimus. Est enim istud libidinum imperium, non naturalis hominis constitutio, qui antea plena libertate & pace secum sua fruebatur, sed poena damnati. Itaque ista libidinosa delectatio vocatur subinde difficultas ab Augustino; quia ipsa repugnantia sua, qua fenitur spiritui, reddit operationem iustitiae difficillimam: Nam sunt vera omni peccanti anima duo ista poenalia, ignorantia & difficultas. Ex ignorantia ueniesat error, ex difficultate cruciatus affligit. Sed approbare falsa pro veris ut erret inuitus, & resistere atque torquente dolore carnalis vinculi, non posse libidinosis operibus temperare non est natura instituti hominis, sed poena damnati. Ita etiam appellat eam libro de Natura & gratia, & libro de Dono perseverantiae lapsus. Subinde vocatur, & valde quidem saepe, infirmitas, quia hoc ipso quo formaliter

A inest, ipsa distractione virium voluntatis, quatenus eam trahit & moveri facit in terrenum bonum, facit eam infirmam, quia non potest totis suis viribus converti in Deum, nisi ipsa auferatur: Nolunt homines facere quod iustum est, sive quia laet, sive quia non delectat & unde concludit; Ignorantia igitur & infirmitas viae sunt, quae impediunt voluntatem ne moveatur ad faciendum opus bonum, vel ab opere malo abstinendum. Et in Enchiridio ad Laurentium: Duabus ex causis peccamus, aut non videndo quid facere debeamus, aut non faciendo quod debere fieri iam videmus. Quorum duorum illud ignorantia malum est, hoc infirmitatis. Et in utroque loco opponit Infirmitati Delectationem boni seu iustitiae, eamque aduersus istud malum tanquam unicam aegrotae voluntatis medicinam de caelo missam esse, qua tanquam directe contraria morbo quo affligitur, extorqueatur consensus eius delectationi repugnantem, & retorqueatur sursum, ut sic blandienti delectantique spiritui affixus & quasi suspensus ex Deo, non amplius in veterem libidinis seruitutem detrahatur. Et in eo consistit captivi arbitrij seu voluntatis vera liberatio & effectus liberationis, vera libertas eius; qua fit, ut quae ante propter dominantem sibi libidinem terrenamque delectationem, a qua consensus eius captivus tenebatur non poterat nisi malum agere, ad quod solum libertas eius expedita ferebatur; nunc liberata per oppositam caeli suavitatem, etiam diligere & agere possit bonum. Et quia quamdiu in hac vita vivimus, terrenis delectationibus undique titillantibus ad creaturarum dilectionem a dilectione creatoris avocamur (quod proprie omnium tentationum sive blandientium, sive saevientum est munus) hinc ille conflictus delectationum, de quo diximus ex Augustino, qui sopiri non potest, nisi altera alteram delectando superaverit, & eo totum animae pondus vergat. Quod enim amplius delectat, secundum id operemur necessesse. Vigente enim delectatione carnali, impossibile est, ut virtutis ac honestatis consideratio praevaleat, nisi quemadmodum Augustinus loquitur, tantum delectent ut ipsa teneant animum in tentationibus, ne in peccati confessionem ruant. Et haec similiter causa est, cur iam absorpta omni carnali delectatione ac dominante sola suavitate spiritus, ardentissime voluntas Deum in caelo diligit, atque ita immobiliter diligit, ut peccare non possit: quia ut idem Augustinus loquitur, Solum enim delectat Deus, imo nihil aliud delectare potest. Nam quemadmodum hic ante gratiam istius caelestis delectationis, non poterat quicquam agere boni, dominante ei sola delectatione creaturae; ita post eam absorptam exstinctamque penitus, nihil potest agere mali, dominante ei sola delectatione Creatoris. Inter quae duo extrema quamdiu in hac vita post acceptam gratiam militat Deo, alternante creaturae & Creatoris delectatione nunc recte, nunc perperam facit, prout caeli aut terrae delectatio consensum eius abriperit.

Lib. 2. de peccatis. c. 17.

In Enchirid. cap. 31.

In Epist. ad Galat.

Ibid.

Lib. 22. con. Faust. c. 28. Serm. 49. de Temp.

Lib. 3. de lib. arbit. c. 18. Pate. c. 10. Lib. de nat. d. 174. o. 68. Lib. de dono persever. c. 11. c. 12.



CAPVT DECIMVM.

Inferuntur Corollaria, quibus multa principia sancti Augustini de libero arbitrio, & potestate bene operandi & similibus declarantur.

EX his quæ hæcenus de Dilectionis gratia disseruimus, multa principia diu Augustini de libero arbitrio, & potestate bene operandi, quæ in superioribus libris tacta sunt, & ijs valde nova forsitan videbuntur, qui Philosophia Aristotelicæ nutriti sunt, neque radices doctrinæ ipsius perspectas habent, clarescere possunt.

In primis enim hæc patet, cur statui innocentia & primo homini tanquam proprium assignauerit, ita liberum esse ut bene velle possit & male, cum id Scholasticorum iudicio omnibus hominibus, nisi bestii fuerint, ex vi libera voluntatis competere videatur. Nam Augustinus altius rerum radices penetrans, suppliciaque ac præmia libera voluntatis ab eius naturali conditione distinguens, animaduertit ita Deum Dominumque rerum omnium ordinasse Angelorum atque hominum vitam, ut prius experiretur quid posset eorum liberum arbitrium, deinde quid posset suæ gratiæ liberatrici beneficium, iustitiæque remuneratrici iudicium. Itaque ut isti experientiæ daretur idoneus locus, dedit eis non solum liberam voluntatem, quæ neque ad bonum, neque ad malum urgenti quodam pondere raperetur, sed etiam sufficientissimam facultatem. Sic enim adiuuabantur gratia Dei, sine qua permanere non poterant, ut cum illa bene operarentur si vellent, eam tamen quoque si vellent desererent. Quo fiebat, ut cum tali adiutorio, & potentia liberi arbitrii monstraretur, & simul tamen bene velle possent & male, in utramvis partem nutu libera voluntatis impulsæ. Deerat enim dominatus ille delectationis quæ consensum libertatis in alterutram partem hæderet. Itaque in illo æquilibrio primæ conditionis liberum arbitrium se suæ libertatis indifferentia utramlibet partem posse, experientia comprobavit. Nam sancti Angeli sub illâ libertate, non sine gratia tamen, in veritate steterunt, reprobi vero & primi homines eadem illâ libertate ex veritate ceciderunt.

Hinc secundo patet, quâ ratione verum sit, quod in homine lapsæ ante gratiam (cui, & multo potentiori ratione demones addi possunt) non sit amplius illa primæ flexibilitas, qua bene velle possit & male, hoc est, cur non possit alteram libertatis partem promere, quæ bene agendo exercetur. Boni agendi quippe libertatem ante gratiam esse perditam, & peccandi inductam esse seruitutem, Augustinus, ut ante declaratum fuit, ex professo sexcenties docet. Hujus rei radix est, quia ex diuinæ iustitiæ iudicio persequente peccatorum, seru-

Azum est in libero arbitrio ex debita iusta penale vitium, ut iam molestum sit obedire iustitiæ. Quod vitium nisi adiuuante gratiâ superetur, ad iustitiam nemo conuertitur; nisi operante gratiâ sanatur, iustitia pace nemo perfruitur. Hoc autem vitium est medullis voluntatis inherens quædam libido fruentis creature, quasi vestigium quoddam primæ dilectionis, qua Creatorem deferendo & creaturam amplectendo peccavit. Hæc libido ad singulas occasiones, per omnia peccatorum genera concitata motibus delectationum suarum, voluntatem premit, nec eam sinit ad redamandum bonum surgere quod amisit. Hinc ergo fit, quod liberum arbitrium ante gratiam, ex Augustini doctrina non sit amplius liberum ad agendum bonum, sed tantummodo ad malum. Nam illa primæ integra libertatis gratia, non est illo modo accommodata ad liberandam à tam immani delectationum pondere voluntatem, quæ solummodo prona est ad sequendum nulum, atque impulsam ejus. Non potest autem ea se facilitate sursum erigere, qua deorsum cecidit. Ita quippe delectabiliter captiua detinetur, ut neque libeat, neque velit, neque possit, neque sciat surgere. Nam hæc omnia per aliud gratiæ genus agrotæ & mortuæ dari debent.

Hinc tertio patet, cur Angelis ac sanctis in celo tribuat Augustinus tale liberum arbitrium, quod iam alteram primæ libertatis partem exserere, hoc est male agere seu peccare non possit. Nam sicuti delectatio creature itabiliter inherens, possidens, & huc illuc ad malum rapiens arbitrium peccatoris, male cadentique voluntatis supplicium fuit, ita delectatio incessabilis creatoris, perpetuo sursum ad bonum rapiens iustum, bonæ & perseverantis voluntatis est premium, ex quo fit ut à delectatione peccandi usque ad delectationem non peccandi indeclinabilem liberationem sit. Et quidem cum istam partem velint nolint cogantur Scholastici admittere, & consequenter confiteri partis unius, quam bifocnis illa innocentis creature libertas continebat, amissionem non officere libero arbitrio; mirum sanè est, cur liberum arbitrium labefactari putent, si altera quoque ipsius pars, alterâ salvâ, perimatur. Nam eadem quantum ad actionis liberæ naturam, prout ipsi intelligunt actionem liberam, utriusque ratio est.

Hinc patet quarto, jam postquam gratia post lapsum nos adiuuare cœperit, esse quidem in homine liberum arbitrium ad utrumlibet faciendum, bonum ac malum; sed non ita sicut ante lapsum in innocentia statu atque Angelis

Lib. 2. de pecc. meriti. c. 19.

Lib. de civitate dei. c. 19.

lib.

Angelis fuit. Illorum enim sic liberum erit, ut suo se nutu, nihil impediēte vel urgente libertatem, flexeret ad utrumlibet, solum, si male, non sine Dei adiutorio, si faceret bene. Nunc autem ipsum adiutorium beneficis suavitatis facit, ut bonum velit; quo si desertum fuerit, ipsum adiutorium, ut ita loquar, noxiæ suavitatis facit, ut malum velit. Illam quippe suavitatem quæ superaverit, voluntas consentiendo sequitur, ut Augustinum jam sæpius inculcāntem vidi-
mus. Nec ullum hic periculum destructæ libertatis. Si enim libertas arbitrii manet, ubi non potest arbitrium aliud nisi bonum agere, quod Schola nullo pacto diffiteri potest, quanto minus periculum erit, ubi arbitrium agere potest & bonum & malum? Sed de hac concordia gratiæ & libertatis infra pluribus.

Quomodo hinc facile & illud intelligitur, quod tam constanter Augustinus docet, cur nulla sit ei gratia bonæ voluntatis & operationis ante fidem, sed in ipso initio fidei sit etiam initium bonæ voluntatis. Nempe quia gratia qua fit bonum, non est alia nisi delectatio de incommutabili bono, quod est Deus

A benedictus in secula. Hic autem non nisi per fidem cognosci incipit, sicuti cognoscendus est. Et hinc etiam nascitur, cur infideles apud ipsum nihil omnino boni possint velle aut operari.

Sexto hinc etiam claret, cur Augustinus omnem omnino gratiam purè sufficientem, sive ante fidem sive etiam post fidem auferat. Ratio enim perspicua est, quia cum ei nulla sit gratia operandi præter istam suavitatem Dei, nisi ista tanta fuerit, ut ei delectationes rerum creaturarum cesserint, vel peccabitur, vel altero ante delectationum flectu, in medio remanebitur; sin autem ista superaverit, jam sine dubio bene voluntas operabitur: *Quod enim amplius nos delectat, secundum id operemur necesse est.* Sed utrumlibet fiat, non erit sufficiens gratia, sed vel efficax, vel ita inefficax, ex qua operatio ne quidem possit sequi, nisi ejus inefficacia per aliam suppleatur. Quanquam ex alio capite ipsa ratio gratiæ sufficientis integræ naturæ ac libero arbitrio seipsum viribus suis discernenti propria est, & propterea incepta naturæ læsæ vel reparandæ, vel adjuvandæ.

In Epist. ad Galas.

CAPVT XI.

Delectatio ista cælestis, secundum Augustini mentem, est actus vitalis & indeliberatus animæ: & quidem amoris ac desiderij, præcedentis consensum, ac delectationem illam quæ & quies animi & gaudium dicitur.

CONSEQUENS nunc est, ut ulterius despiciamus, quidnam sit ista delectatio cælestis, quam veram gratiam Dei esse jam satis demonstravimus. Consistat enim delectationem creaturæ rationalis, quando propriè sumitur, esse particularem actum, qui etiam gaudium dicitur, per quem animus in bono præsentem, cum quadam satisfactione & fruitione conquiescit. De isto delectationis actu non loqui Augustinum, perspicuum est. Est enim terminus desiderij, tanquam cuiusdam motus, quo voluntas ad delectationem istam tanquam ad quietem suam tendit. Delectatio vero seu suavitatis, de qua multa sanctus Doctor tradidit, etiam ad desiderandum & amandum Deum libero voluntatis motu necessaria est; cum & illi sint actus boni, qui sine suavitatis gratia non possint à voluntate proficisci. Cuiuslibet quoque præcepti observatio, ac tentationis expugnatio delectationem postulat, ad quam tamen huiusmodi delectationem, quæ sit fruitio seu gaudium, certum est non semper antecedere. Quapropter omnia ista delectatione, alij actus explorandi sunt. Nam eam esse quandam vitalem actum voluntatis, non videtur posse dubitari. Quid est enim delectari ho-

A minem iustitiâ, vel mendacio, nisi actu aliquo in iustitiam vel mendacium tanquam sibi convenientia & jucunda moveri? Motus autem huiusmodi voluntatis, non fit nisi actu quodam vitali.

Hoc igitur præsupposito, quod puto nemo facile dimitebitur, dico breviter: Delectatio ista quam ad omnia opera bona sanctus Augustinus exercenda postulat, non est aliud quam actus quidam indeliberatus cœtus inmissus in voluntatem, per quem ei bonum propositum vel suaviter tantum placet (qui actus subinde *simplex voluntas* dicitur, aut etiam *complacentia*, aut *amor voluntatis*, respondens passioni amoris sensitivi) vel etiam in bonum appetendum commovetur. Ista autem primus actus est principium motus tendentis in bonum, quia est prima boni complacentiæ, per quam affectus bono tanquam sibi convenienti & connaturali primum coaptatur. Nam quemadmodum in rebus naturalibus, primo datur forma, deinde motus formam consequens (ut corpori naturali datur gravitas aut levitas, quæ est velut naturalis amor convenientis loci, & prima quali ad locum coaptatio, ex qua deinde motus ad eundem naturalem locum fluit;) ita voluntari

T 3

voluntari

voluntati & generaliter appetitui datur primo quædam coaptatio appetitûs ad bonum appetibile, quæ est quædam complacentia appetibilis, atque amor nuncupatur, ex qua sequitur motus in appetibile, qui vocatur desiderium, ac deinde quies, nempe gaudium seu delectatio, tertius ille actus animæ de quo supra.

Dicimus igitur delectationem istam seu suavitatem in Augustino celebrem, esse partim primum illum & indeliberatum affectum animæ qui actualis complacentia est, partim etiam & crebro secundum qui desiderium indeliberatum dicitur, quibus anima ita suaviter ac delectabiliter in bonum appetendum rapitur, ut voluntas ei actu libero consentiat ac bonum diligat, tanto vehementius, quanto fortius illis actibus rapitur. Nam istis actibus inesse delectationem etiam Philosophi profitentur. Inde est enim quod sanctus Thomas dicit, *Amor præcipua causa delectationis est.* Et in

I. 2. q. 31. art. 6.

Ibid. 3. ad 3.

Ibid. 4. 8.

I. 2. q. 32. art. 2. ad 1.

Lib. de Catechiz. rudib. cap. ult.

Serm. 2. in append.

Test. 10. in Epist. 1. con.

Amor & concupiscentia (hoc est, desiderium) delectationem causant; omne enim amatum sit delectabile amanti, eo quod amor est quædam unio, vel conatus alius amantis ad amatum. Similiter etiam omne concupitum est delectabile concupiscenti, cum concupiscentia sit præcipue appetitus delectationis. Et in alio articulo docet: In ipso augmento desiderij fieri augmentum delectationis: Et, inquisitiones esse quandoque delectabiliores, secundum quod ex maiori desiderio procedunt. Nempe quia cum omnis amor ad delectationem tanquam ad quietem tendat, ut sæpenumero Augustinus tradit, fieri non potest, quin ipse motus quoque aliquid ex illa suavitate participet, juxta illud sancti Thomæ: Id quod movetur, etsi nondum habeat perfecte id ad quod movetur, incipit tamen iam aliquid habere eius ad quod movetur, & secundum hoc ipse motus habet aliquid delectationis. Nam simulatque motus incipit, participat de quiete, quatenus etiam primum momentum motus habet partialem terminum suum. Quod tamen in amore ac desiderio spiritualium rerum, hoc est, in dilectione incommutabilis illius sapientia, & veritatis, & sanctitatis, & iustitia, & caritatis, & siquid aliud tale dicitur (quomodo juxta sancti Augustini mentem amandum est Deus, quia hoc est Deus) multo maxime locum habet. Nam qui diligit res creatas, non hoc ipso quo eas diligit etiam adipiscitur, nec tanquam in adeptis conquiescit, neque quasi fruens animo delectatur. Quisquis verò istam æternam veritatem, & istam, inquam, incommutabilem iustitiæ & castitatis & sapientiæ formam quæ Deus est, diligit, hoc ipso eum adipiscitur, habet ac possidet: & per hoc etiam cum delectatione fruitur, & cum fruitione delectatur. Si uxorem alienam amaveris, inquit Augustinus, non continuo habebis si castitatem amaveris, mox habebis. Et Tractata decimo in Epistolam Ioannis: Quid Dicitur in inbet tibi Deus? Dilige me. Aurum diligis, quaestus est aurum, & forte non inventurus. Quisquis me querit cum illo sum. Me ama dicit tibi Deus, non ad me ambisur per aliquem: ipse amor præsentem me tibi

faci. Cujusmodi apud Augustinum frequentia sunt. Nam Deus non arca aut manibus, ut aurum, non oculis, ut lux, non auribus, ut sonus; sed solâ dilectione, ut veritas, ut iustitia, ut castitas, ut sapientia possidetor. Ex quo fit ut amans Deum, ipso quoque dilectionis actu, tanquam objectum suum possidente fruatur ac delectetur Deo. Ut iustissima proinde ratione ipse amoris ac desiderij actus, delectabilis ac delectatio ab Augustino nuncupetur. Unde idem cum dixisset: Ipse amor præsentem me tibi facit, statim adiecit, Quid dilectione istâ Dei frater? Et in Tractatu septimo: Teneo eam caritatem, amplectimini eam; DULCIS EA NIHIL EST. Et in Sermonibus de verbis Domini tractans illa verba amantis Ecclesiæ: Vbi pascis ubi cubas, sic loquitur: Videte quem amatum, quo affectu hic erigatur amor spiritualis. Melius isto multo affectu delectatur, qui aliquid ex huius amoris dulcedine gustaverunt. Nempe quia ex præsentia Dei dilecti, quem amor ipse facit præsentem, necesse est suavitas quædam delectationis & fruitionis fluat. Nam ut idem: Deus nullius bonum cupiens, cum ipso fruatur omni voluntas bona. Et in libro de Fide & Symbolo: Ideo Spiritus sanctus Dei donum dicitur, quia eo quod quisque novit, non fruatur, nisi & id diligit. Frui autem sapientia Dei, nihil aliud est quam ei dilectione coherere. Cujus veritatis tanquam certæ & perspicuæ, quæque multis Augustini testimonijs facile confirmari possent, consideratione factum est, ut in libro de Spiritu & Anima, itemque in libro de Substantia dilectionis, qui nomine sancti Augustini circumferuntur; & si non sunt, multa tamen ex ejus libris capita doctrinæ sumpta continent, Amor non aliud esse definiatur, quam delectatio cordis alienius ad aliquid propter aliquid per desiderium currentis, & per gaudium requiescens. Ut sane merito sanctus Augustinus actus illos indeliberatos amoris ac desiderij quibus anima suaviter in Deum deliberato actu diligendum suscitatur, invitatur, trahitur, rapitur, nomine dulcedinis, suavitatis, ac delectationis designaverit.

Hos autem actus revera delectationis nomine ab eo expressos esse multis indicijs atque argumentis claret. Et primo quidem, quia hæc delectatio qua ad consentiendum faciendumque aliquid sollicitatur, reperitur juxta sanctum Augustinum, non tantum ad opera bona, sed etiam ad mala, quamvis ibi non sit donum inspirantis Dei. Atqui delectatio ex qua peccata prosuunt, non est illa proprie dicta delectatio: quæ est tertius actus animæ, & tanquam quies desiderij etiam gaudium appellari solet; sed est vel ipse primus concupiscentiæ motus, quo bono terreno quasi coaptatur animus, vel desiderium indeliberatum, quo urgetur ad malum. Nam distinguit illam à suggestionem præcedente & à consensione consequente. De quo luculentissime libro primo de sermone Domini in monte dixerit: *Tria sunt quibus impletur peccatum, suggestionem, delectationem, & consensionem. Suggestio sive per memoriam fit, sive*

Ibid.

Tract. 7. 11

Epist. 1. con.

Serm. 30. de

ren. Domini

cap. 6.

Lib. 22. de

cap. 1. 9

de Fide

& Sym. 2. 9

Lib. de Fide

& Sym. 2. 9

45. 0. 10.

de Fide

ad 1. 1. 1.

& Sym. 2. 9

1. 1. 1. 1.

4. 1. 1.

fit, sive per corporis sensus, cum aliquid videmus, aut
audimus, vel olfacimus, vel gustamus, vel tangimus.
Quo si sibi delectaverit, delectatio illicita respicienda
est. Velut cum ieiunamus & visis cibis palati appe-
titus assurgit, non fit nisi delectatione: sed huic ta-
men non consentimus, si eam dominantis rationis iure
cohibemus. Si autem consensus factus fuerit, plenum
peccatum erit. Quod ipsissimum docet etiam in
libro secundo de Genesi contra Manicheos, ubi
delectatione exponit esse motum, quo cupiditas ex
suggestione movetur ad peccandum; qui non est
alius nisi primus amor quo concupiscitur pec-
catum, vel certe desiderium ejus. Et iterum
in eodem sermone Domini in monte conse-
quenter: Tria ergo haec ut dicere ceperam, similia
sunt illi gesta rei, quae in Genesi scripta est, ut quasi a
serpente fiat suggestio & sususio: in appetitu autem
carnali tanquam in Eva delectatio; in ratione vero
tanquam in virgine consensus. Et iterum: Verumta-
men delectatio ante consensionem vel nulla est, vel tam
tenus ut prope nulla sit, cui consentire magnum pec-
catum est, cum illicita est. Cum autem quisque con-
senserit, committit peccatum in corde suo. Si autem
etiam in factum processerit, videtur satvari & exsin-
gui cupiditas. Sed postea cum suggestio reperitur MA-
IOR ACCENDITUR DELECTATIO, quae ta-
men adhuc multo minor est, quam illa quae absque
factu in consuetudinem vertitur. Et apertius ad-
huc inferius: Quisquis carnalem DELECTA-
TIONEM adversus rectam voluntatem rebellare senti-
tit per consuetudinem peccatorum, cuius indomitae vio-
lencia trahitur in captivitatem, recolat quantum po-
test, qualem pacem peccando amiserit. Et in Psal-
mum quadragesimum octavam non minus
perspicue: Quando (diabolus) incipit mala sug-
gerere, tunc repelle, antequam surgat DELECTA-
TIO & sequatur consensio. Et in Psalmo octo-
gesimum-quartum: Date mihi hominem, qui ni-
hil tentationis patitur in carne sua, & possit mihi di-
cere quia iam pax est. Nihil quidem tentationis forte
patitur in illicitis voluptatibus, saltem suggestiones
ipsas patitur, vel suggeritur illi quod desinit: vel
DELECTAT unde contineat. Sed ecce iam nihil
delectat illic tum &c. Et evidentissime in sermo-
nibus de verbis Domini, de gradibus quibus
ad consuetudinem peccandi pervenitur, tra-
ctans: Prima est, inquit, illatio DELECTATIO-
NIS in corde, secunda consensio, tertium factum;
quarta consuetudo. Sunt enim qui res illicitas obvius
cognitionibus factis prorsus ita obycunt, ut nec DE-
LECTENTUR simul qui DELECTANTUR, &
non consentiunt. Nondum perfecta mors est, sed qua-
dammodo inchoata. DELECTATIONI accedit
consensus. Quibus similia non esset diffi-
cile proferre plura, nisi ista sola evidentiter pateface-
rent delectationem quae consensum in peccata
praecedat, & suggestionem sequitur, non aliud
esse nisi desiderium illicitum indeliberatum
quo animus etiam repugnans in peccatum in-
huit, vel certe primum ipsum concupiscentiae
motum tanquam amorem quandam indelibe-
ratum, per quem homini etiam invito peccare
libet, quamvis consensio non sequatur.

Secundo, quia sanctus Augustinus diversis
in locis ubi de delectatione voluntatem ad

A consensum proritante differit, apertissime de-
clarat eam idem esse, quod desiderium quod-
dam quo propellimur, ut velimus, consentia-
mus & operemur. Ostendit hoc in Psalmo
sexagesimum-quartum: Modo cum morte quan-
ta contendimus? Inde sunt enim DELECTATIO-
NES carnales, quae nobis etiam illicitae multa sugge-
runt, quibus non consentimus, sed tamen non consen-
tendo contendimus. Et manifestius in Psalmo
centesimo secundum & saepius: Post remissio-
nem peccatorum corpus infirmum geris, necesse est,
sint quaedam DESIDERIA carnalia quae te titillent
& quae tibi suggerant delectationes illicitas. Sed de
languore tuo veniunt. Adhuc quibusdam perturba-
tionibus etiam ipsa anima quatitur post remissionem
peccatorum; adhuc in periculis tentationum versa-
tur, quibusdam SUGGESTIONIBUS DELECTA-
TUR, quibusdam NON DELECTATUR, & in
eis quibus DELECTATUR, aliquando quibusdam
consentit, capitur. Ecce aperte vides desideria
titillantia, quae statim vocantur aliquoties de-
lectationes, quibus consentimus, vel non con-
sentimus. Et in Psalmo centesimo trige-
simum nonum, explicans quid mali pariant
exempla scelerum: Nonne duceri, inquit, sa-
lum delectatione scelerum? Et si non consentis, saltem
invenisti quid expugnes. Et adhuc luculentius in
Psalmo quadragesimum-tertium: Suggeri-
tur aliquod lucrum, DELECTAT: habet fraudem,
sed magnum est lucrum, DELECTAT, non con-
sentis, pugnam vide: adhuc suadetur, adhuc instatur,
adhuc deliberatur. Ergo qui pugnat periclitatur &c.
Sed etiam ille qui vicit, numquid omnino egit in se,
ut prorsus eum pecunia non ardentet, aut nihil in eo
EXCITET DELECTATIONEM, quamvis supe-
rabilis, quamvis contemptibilis, quamvis non solum
cui non consentiat, sed cum qua nec pugnare digne-
tur? Inest tamen aliqua DELECTATIONIS titi-
latio. Et in Psalmo centesimo quadrage-
simum sextum: Etenim modo fratres mei, quanta
illicita delectationes animum tangunt, quamvis eis
non consentiamus; tamen vel delectari talibus, etsi
non consentis, nondum est perfecta sanitas. Et in
Psalmo centesimo quadragesimum octa-
vum: Contendunt nobiscum quotidie tentationes,
contendunt nobiscum quotidie DELECTATIONES,
etsi non consentiamus tamen molestiam patimur &c.
Si autem non consentiendo vincimus molestias tamen
patimur resistendo DELECTATIONIBUS. Et tra-
ctatu quadragesimo-nono in Ioannem: Ali-
quando in cogitatione peccatur. Delectavit quod malum
est; consentisti, peccasti: Consensio illa occidit te &c.
Si autem non solum mala DELECTATIONI consen-
sisti, sed etiam &c. Et in Sermone nono de
diversis quae est de Oratione Dominica: Non
sensit hostem tuum, sed sensit concupiscentiam tuam:
diabolum non vides, sed quid te DELECTET vides.
Vincit intus quod tu sentis. Talia sexcenta ex Au-
gustino proferri possent, nisi fastidium lecto-
ris pertimescerem, quibus significat delecta-
tioni tentanti vel titillanti consentiri, vel non
consentiri; quam certissimum est nihil aliud
esse, quam cupiditatis motum, qui primus
objecti amor est, vel si tentatio increverit, ve-
hemens desiderium per quod rebus delecta-
bilibus

lib. 2 de
Genesi

lib. 1 de
Genesi

lib. 1 de
Genesi

lib. 1 de
Genesi

lib. 1 de
Genesi

In Psal. 64.

In Psal. 102.

In Psal. 42.

In Psal. 146.

In Psal. 148.

Tract. 49.

Serm. 9 de
diversis. c. 9.

libus appetendis inardescimus, & ad consensum tractus ejus suavitate provocamur. Nam eas tentationes quas toties delectationes vocavit, non aliud esse quam illicita desideria, innumeris locis tradit, sed quia latis res ista in confesso est, nos paucis contenti erimus, ne quid diversum hic Augustinus à communi existimatione sentire videatur. Istud ergo significat in libro contra Iulianum: Numquid autem consequens est, ut si habet aliquis cordis desideria mala, iam etiam consentiat eis ad committenda eadem mala? ac per hoc aliud est habere mala desideria cordis, aliud tradi eis, utique ut consentiendo eis, possideatur ab eis, quod sit cum divino iudicio tradatur eis. Alioquin frustra dictum est, post concupiscentias tuas non eas, si iam quisque reus est, quod tumultuantes & ad mala trahere nitentes sentit eas, nec eas sequitur, si non eis traditur, exercens adversus eas gloriosa certamina. Et in libro secundo adversus eundem adversariur: Quomodo peccatum (id est, concupiscentia peccati) mortuum est, cum mala operetur in nobis? Quae multa? Nisi desideria stulta & noxia, quae consentientes mergunt in interitum & perditionem: quae utique perpeti usque non consentire, certamen est, consilius est, pugna est. Et sermone sexto de verbis Apostoli, cum dixisset omnia peccata non exoriri nisi ex illicita delectatione. Hinc ergo, inquit, illicita delectatione si resistamus, si non consentiamus, si membra velut arma non ministremus, non regnat peccatum. Et statim post adjecit exponens, quid sit illicita delectatione non consentire, illicita videlicet concupiscentia manus non dare. Et in eodem loco vocat hoc, non consentire desiderijs carnis. Et iterum in eodem sermone sexto de verbis Apostoli: Quid est secundum carnem ambulare? Carnalibus concupiscentiis id est desiderijs consentire. Quid est secundum spiritum ambulare? Adversari spiritu in mente, & concupiscentiis carnis non obedire, &c. Restat cum carne constitutus, inest, istas delectatione illicita concupiscentiae pugnas, resistere, noli consentire, & impletur hic: post concupiscentias tuas non eas. Et in sermone decimo tertio: Quam multa proficientes iam non delectant, quae antea delectabant. Quando ergo delectabat, & non ei consentiebatur, mortificabatur, quia iam non delectat, mortificatum est. Calca iacentem, consuge cum resistente. Mortua est enim una delectatio, sed vivit altera. Et illam, dum non consentis, mortificas, cum carperit omnino non delectare, mortificasti &c. Cum ergo dixisset Apostolus: si autem spiritu actiones carnis mortificaveris vivetis, id est, illas concupiscentias carnis quibus non consentite magna laus est &c. Et sermone duodecimo in eundem Apostolum: Ego fateor tibi quicquid me rebelat adversus mentem meam & litigat mecum DELECTATIONE contraria interserere volo. Quam delectationem contrariam sapius ibidem declarat ex eo fieri, quod caro concupiscit, vocatque desideria quibus non sit obedendum. Recet, inquit, concupiscit caro mea adversus spiritum meum concupiscit adulterium, sed non consentio.

In his locis & infinitis quae produci facile est, liquet evidenter ex ipsissimis Augustini verbis, delectationes quibus toties dixit con-

sentiri vel non consentiri, esse concupiscentias ac desideria, quibus ad peccandum incitamus, & consensum negamus aut damus. In quo Apostolicam doctrinam exprimit, qua dicitur: Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore, ut obedatis concupiscentijs eius: pro quo plerumque legit Augustinus, desiderijs eius; & istae concupiscentiae istaque desideria sunt illae ipsae delectationes, quibus tam instanter non obediendum, hoc est, non consentiendum esse commendat. Ex quo intelligendum superest, quando similiter delectationem caelestem praedicat, quae nos velle & consentire & operari facit, non aliam significari, quam istiusmodi amoris desideria, quibus delectabiliter ad consensum trahimur.

Tertio denique, hoc ipsum elucet ex pugna carnis & Spiritus, quam juxta Scripturarum doctrinam, sanctus Augustinus in homine vigere testatur. Nam saepe docet, pugnam istam exerceri, quatenus delectationes duae carnis & Spiritus inter se decertant, utram ultra superatura & animi consensum post se tractura sit, quemadmodum supra toto capite & in multis testimonijs Augustini vidimus. Hanc tamen pugnam non aliter committi, quam per amores seu concupiscentias seu desideria, quibus invicem sibi caro & spiritus adversantur, & Augustinus non semel indicat, & ipse Apostolus verbis perspicuis tradit, quando ad Galatas dicit: spiritu ambulate, & desideria carnis non perficietis. Ecce aperte carnis desideria quibus resistere debet spiritus ne perficiat. Et ut ostenderet non aliter istis reniti desiderijs carnis, quam per alia spiritus desideria, quae sibi mutuo concupiscendo adversantur, & Augustinus non semel indicat, quando ad Galatas dicit: spiritu ambulate, & desideria carnis non perficietis. Ecce aperte carnis desideria quibus resistere debet spiritus ne perficiat. Et ut ostenderet non aliter istis reniti desiderijs carnis, quam per alia spiritus desideria, quae sibi mutuo concupiscendo adversantur, statim ratione subjecta explicat: Caro enim concupiscit adversus spiritum, spiritus autem adversus carnem. Hae enim sibi invicem adversantur, ut non quacumque vulvis illa faciat. Quid est enim, spiritus autem adversus carnem, nisi spiritus concupiscit adversus carnem? Et quid est, haec enim sibi invicem adversantur, nisi haec contrariis concupiscentijs seu desiderijs luctantur inter se, ut animi consensum post se abripiant. Delectationes ergo carnis & spiritus quas Augustinus inter se pugnantem praedicat, ut animum in consensionem trahant, non sunt aliud nisi istae concupiscentiae ac desideria carnis & spiritus. Nam ex isto potissimum Apostoli loco sanctus Augustinus, istam duarum delectationum carnis & spiritus resistentiam, quam toties commemorat, pugnamque didicit. Qua de re opera primum est ipsummet Augustinum in uno aut altero saltem loco clarissimo audire differentem, ne quid illi imponere videar. Itaque libro decimo de Genesi ad litteram propositis Apostoli verbis: Caro concupiscit adversus spiritum, spiritus autem adversus carnem, sic istam pugnam delectationum describit, ut non nisi desideriorum esse delectat: Ipsius concupiscentia carnalis causa non est in anima sola, sed multo minus est in carne sola. Ex utroque enim fit, ex anima scilicet, quod sine illa delectatio nulla sentitur: ex carne autem quod

MANUSCRIPT

1. 1. 5. cont.

1. 1. 5. 9.

1. 1. 5. 9.

1. 1. 5. 9.

1. 1. 5. 9.

1. 1. 5. 9.

1. 1. 5. 9.

1. 1. 5. 9.

1. 1. 5. 9.

Rom. 6.

Galat. 5.

1. 1. 5. 9.

1. 1. 5. 9.

1. 1. 5. 9.

1. 1. 5. 9.

quod sine illa carnalis DELECTATIO non sentitur. **C**arnem itaque concupiscentem adversus spiritum dicit apostolus carnalem procul dubio DELECTATIONEM, quam de carne & cum carne spiritus habet adversus DELECTATIONEM quam solus habet. Ecce clarissime concupiscentias carnis & spiritus adversantes invicem tibi vocatas DELECTATIONES carnis & spiritus. Iam vide, utrum non exponat eas esse desideria carnis & spiritus. Adjungit enim multis verbis interpositis: Solus quippe habet nisi fallor, illud DESIDERIUM, non cum carnis voluptate, vel carnalium rerum cupiditate commixtum, quo DESIDERAT & desit anima in terra Domini. Solus habet etiam illud (supple DESIDERIUM) de quo ei dicitur: CONCVPISTI scientiam; serva mandata, & Dominus prebit illi in tibi. Nam cum spiritus imperat membris corporis, ut huic DESIDERIO serviant, quo solus utitur, velut cum assumitur eodem, cum aliquid scribitur, legitur, disputatur, auditur, cum denique panis frangitur audienti, & cetera humanitatis ac misericordiae praestantur officia, obedientiam caro exhibet non CONCVPISCENTIAM movet. His atque huiusmodi DESIDERIIS, quibus sola anima CONCVPISCIT, cum adversatur aliquid quod eandem animam secundum carnem DELECTAT, tunc dicitur caro CONCVPISCERE adversus spiritum & spiritus adversus carnem. En tibi planissime expositum, quid sit illa delectatio carnis & spiritus quam ipse solus habet, nempe desideria carnis & spiritus; quae sibi invicem adversantur. Et haec esse indeliberata statim adijcit quando dicit: Non esse in potestate, ne concupiscat caro, quando in se peccatum in membris, id est violenta quadam carnis illecebra in corpore mortis habitus, veniens de vindicta peccati; quam continuo iterum PECCATI DELECTATIONEM vocat.

Nec minus luculente pugnam istam carnis & spiritus quae DELECTATIONIBVS contrariis colliduntur, non nisi per contraria desideria concupiscentiasque divelli, in sermonibus de verbis Domini tradit: Videte qualem bellum proposuit Apostolus, qualem pugnam, qualem rixam animi, intra se ipsam. Caro concupiscit adversus spiritum. Si non CONCVPISCIT & spiritus adversus carnem, fac adulterium. Si autem spiritus concupiscit adversus carnem, licetiam video, victum non video. Pugna est, concupiscit caro adversus spiritum. DELECTAT adulterium. Taceat quia DELECTAT. Sed spiritus concupiscit adversus carnem, DELECTAT & castitas. Ego vincat spiritus carnem: aut certe non vincatur a carne. Vbi clarissime vides adulterium delectare; quia concupiscitur; & e contrario castitatem delectare, quia concupiscitur, dum cum adulterij delectatione certatur. Et in sequenti capite paucis interjectis: Sed DELECTAT & adulterium: contradicatur, resistatur, repugnetur. Non enim non habes unde pugnes. Deus tibi te est, spiritus bonus datus est tibi. Et tamen permittitur ipsa caro concupiscere DELECTATIONIBVS geminis. Ecce caro non solum delectatur, sed etiam CONCVPISCIT DELECTATIONIBVS

genuinis, ut intelligeremus concupiscere ac delectari indifferenter sumi, quia ipsa concupiscentia rerum jucundarum delectabilis est. Talibus autem delectationibus statim resisti docet per spiritum, quatenus & spiritus concupiscit adversus carnem. Nam & ista concupiscentia spiritus contra carnem non est aliud, quam spiritus delectatio, qua condelectatur legi secundum interiorem hominem. Quod in plurimis locis significat Augustinus, ut libro de continentia: Contra suavitatem noxiam, qua vincit concupiscentia, Dominus dat suavitatem beneficam, qua delectetur amplius continentia. Et in eodem libro: Ponton sit cum id quod male libet, hoc est, concupiscitur, vincit bona delectatione non fit. Et sermone sexto de verbis Apostoli, ubi eandem pugnam carnis concupiscentis adulterium, & spiritus castitatem concupiscentis adducit, & per delectationes utriusque fieri docet: Delectat uxorem alienam, & non amicum, mentem avortit, in societatem mentis intras. Vides foris strepentem concupiscentiam, praeter adversus eam sententiam: Nolo, inquit, non facio. Puta, quia DELECTAT, non facio. Habeo eam condelector; Condelector eam legi Dei. Et quae sequuntur subius. Et inferius capite decimo explicans, quomodo spiritus concupiscat adversus carnem mentemque suspendat, ne in consensum desiderij carnalis traat: Mens, ait, repugnat & condelectatur legi Dei. Iam vero si mens non consentit peccato titillans, suggerenti blandienti, si mens non consentit, quomodo habet aliam intersus delectationes suas, delectationibus carnis ex nulla parte conferendas &c. Qua de re plura testimonia qui voluerit, consulat ea quae supra de lucta carnis & spiritus diximus. Videat enim illa conferendo cum ijs quae praefenti capite protulimus, nihil verius esse, quam pugnam carnis & spiritus promiscue apud Augustinum describi per contrarias delectationes, & per contrarias concupiscentias ac desideria. Ex quo consequenter constabit, id quod huc usque demonstravimus, delectationem illam caelestem, qua carnis desideria spiritus rebellantia coercentur, non esse aliud nisi amorem vel desiderium a Spiritu sancto inspiratum, quo mens hominis, improvide & indeliberate, ac delectabiliter tangitur & suaviter afficitur legi Dei seu iustitiae; atque ita contra impetus blandientium concupiscentiarum roborata ijs consentire renuit, sed delectabiliter concupiscit ac diligit, & operatur bonum. Propter quem delectabilem dulcemque tractum, idem amoris ac desiderij amoris, delectatio & suavis, ac dulcedo ab Augustino nuncupatur.

Alia quae ad vim agendi istius delectationis pertinent, tum multa diximus libro secundo de gratia Christi Salvatoris, cum de gratia Christi, quantum ad operandi modum disputarem; eamque a gratia primi hominis distingueremus; tum vero aliquid, utrum praedeterminet voluntatem, etiam inferius dicturum sumus, cum ad conciliationem gratiae cum libero arbitrio venium fuerit. Nunc gratiae istius divisiones percurramus.

CAPVT

Lib. de continent. c. 3.

Ibid. 8.

Serm. 6. de ver. Apo. c. 9.

Ibid. c. 10.

Sup. c. 9. & 5.

Vide lib. 8. de grat. Christ. Salvat.

CAPVT XII.

De gratia Diuisionibus.

Tres diuisiones gratiæ afferuntur. Quid sit gratia præueniens.

POSTquam de gratiæ natura satis superque differuimus, superest ut de eius diuisionibus pauca dicamus. Nam & in illis intelligendis non mediocriter à vera sancti Augustini mente plerique Scholastici discesserunt.

De illa igitur capitali diuisione, qua gratia à recentioribus dividitur in *sufficientem* & *efficacem* nihil est quod uberius hic dicamus, cum abunde in superioribus explicata sit. Dividitur igitur ulterius gratia in *præuenientem* & *subsequentem*; itemque in *operantem* & *cooperantem*; denique in *excitantem* & *adiuantem*. Omnes istas diuisiones Augustinus ex Scripturis haustas tradidit, vel certe vestigia quædam earum expressit. Sed, ut dixi, plerique recentiores magis attenti, quid istis nominibus, solum philosophiæ suæ sequendo, significari oportune possit, quam quid eis Augustinus ac discipuli eius Prosper & Fulgentius significarint, mentem eorum nullo modo allecuti sunt.

Itaque in explicanda vocabulorum istorum significatione non conveniunt. Aliud enim divus Thomas cum suis sectatoribus, aliud Vega, aliud Gregorius Ariminensis, aliud alij volunt. De quibus non est necesse per singula discurrere. Plerique tamen eo redeunt ut velint gratiam esse quosdam indeliberatos intellectus & voluntatis motus, quibus potentia voluntatis quasi dormiens excitatur ut in actum surgat, & ita prævenitur. Motus istos dicunt non esse liberos, quos Deus in ipsa voluntate non libere, sed phylice tamen concurrente operatur. Talibus motibus voluntas molitur & allicitur & roboratur; ut ijs consentiendo libere velit, consentiat, atque operetur supernaturaliter bonum. Vocantur igitur isti motus gratia *operans*; inquit, quia Deus eam in nobis sine nobis libere cooperantibus operatur, vel certe, quia per eam Deus solus operatur in nobis ut velimus; sine nobis videlicet libere cooperantibus. Eadem vocatur *excitans* quia excitat voluntatem ad volendum vel agendum; itemque *præueniens*, quia prævenit nostrum liberum consensum. Cum vero cooperatio & adiutorium gratiæ, juxta notissimam Etymologiam, dicat simultaneam quandam conjunctionem gratiæ & voluntatis in eandem actionem ad quam cooperantur; ita ut non una antecedit vel impellat, sed simul operentur, hinc gratia *cooperans* est illa quæ voluntatem accedendo ei jam libere consentienti cooperatur. Eodem sensu eadem

A *adiuvans* dicitur, quia adjuvat infirmitatem voluntatis respectu supernaturalis operis: eadem & *concomitans* dicitur respectu consensu, quia consensum liberum comitatur, nos ad illum præstandum adjuvando: *subsequens* vero respectu prioris gratiæ quatenus prævenientem sequitur. Nec vero solum gratia operans & excitans & præueniens, juxta illos auctores, eadem omnino diversè solum consideratione gratia est (sicut etiam cooperans, concomitans, adjuvans, & subsequens;) sed etiam operans & cooperans, excitans & adjuvans, præueniens & subsequens eadem sunt inter se. Nam idem vitalis intellectus & voluntatis motus, qui voluntatem excitat, consensumque prævenit, simul in consensum liberum voluntatis influendo cooperatur voluntati, eamque ad consentiendum & volendum & agendum adjuvat. Ita fere de gratijs istis multi recentiores, quamvis in nonnullis parvi momenti quidam ab alijs discrepent.

B Sed ista gratiarum istarum explicatio, siue in re ipsa vera sit, siue non, ab Augustini mente ac discipulorum eius longe discrepat. Quod ut planissime intelligatur, initium ab illa celebri diuisione sumemus, qua gratia dividitur in *præuenientem* & *subsequentem*.

Præueniens igitur, & subsequens nomina respectiva sunt; quorum terminus est, non gratia, quasi una gratia aliam præveniret aut subsequi diceretur, sed actus voluntatis. Præueniens enim dicitur, quia prævenit omnem omnino etiam primum bonum voluntatis humanæ motum; subsequens, quia bonum voluntatis humanæ motum sequitur. Motum intelligo liberum voluntatis consensum quod aliquid præterit homo à Deo siue de congruo, siue de condigno promeretur: Primum autem, quem nullus omnino præcesserit, sed quo incipit homo mutari ex malo in bonum. Est enim sumpta illa diuisione, non ab illa metaphysica speculatione, qua gratia intelligitur excitare potentiam voluntatis ad quoscumque consensum liberos per totam vitam hominis, & voluntati consentienti volentique adjuvando cooperari, sed ab illa celeberrima controversia, ad fidem Catholicam pertinente, maximeque qua Pelagiani & Semi-Pelagiani Ecclesiam ac defensores ejus fatigarunt, utrum voluntas per se incipiat operari bonum; ita ut gratia subsequatur motum bonum voluntatis, quod ipsa sibi gratiam promeretur ac parit; an vero è contrario gratia præcedat omnem bonum motum voluntatis, fidei, spei, orationis, dilectionis

Videndum
Franc. Suarez.
lib. 3. de
conu. su. c. 5.
Vasquez. 2. 2.
disp. 185. c. 9.

tionis, ita ut hæc omnia Dei gratia in voluntate operetur. Nam istis aut similibus verbis Augustinus cardinem controverſie ſubinde exprimit, ſive quaſtionem proponendo, ut quando dicit Vitali qui Semi-Pelagiano errore tenebatur: *Recognosce me, ut puto, in q̄s que nos ſere dixi, non omnia qua ad fidem Catholicam pertinent commemorare voluiſſe, ſed ea tantum qua ad iſtam, qua inter nos agitur de Dei gratia quaſtionem, utrum præcedat hæc gratia, an ſubſequatur hominis voluntas; hoc eſt, ut planius id eloquar, utrum ideo nobis datur quia volumus, an per ipſam etiam hoc Deus efficiat ut velimus. Sive quaſtionem veritatis erucendæ cauſa ventilando, ut quando dicit: *Quomodo voluntatis humane meritum ſequitur gratia, cum datur & parvulis, qui hoc nondum poſſunt velle ſeu nolle? Quomodo gratiam vel in maioribus dicuntur præcedere merita voluntatis, ſi gratia, ut vera ſit gratia, non ſecundum merita noſtra datur? Et ruruſum inferius: Quomodo Deus exſpectat voluntates hominum, ut præveniant eum, quibus det gratiam, cum gratias ei non immerito agamus de q̄s, quibus non ei credentibus & eius doctrinam velle ſate impia perſequentibus MISERICORDIAM PRÆROGAVIT, eoſque ad ſeipſum omnipotentiffima facultate converſit, ac volentes ex nolentibus fecit? Sive quaſtionem conſtituta veritate abſolvendo, ut quando concludit: *Nempe manifeſtum eſt, ex illis duodecim ſententijs quas pertinere ad Catholicam fidem negare non ſiveris, non ſolum omnibus, ſed etiam ſingulis id conſtat, ut conſtituatur gratia Dei PRÆVENIRI hominum voluntates & per hæc eas potius præparari, quam propter earum meritum dari. Et ruruſum paulo poſt luculentiffimè: Hæc & alia teſtimonia divina aſtendunt, Deum gratia ſua auferre inſidelibus cor lapideum, & PRÆVENIRE in hominibus bonarum merita voluntatum, ita ut voluntas per ANTECEDENTEM gratiam præparetur, non ut gratia merito voluntatis ANTECEDENTE donetur. Et in fine tandem Epistoſæ: Si ſentis ut que conſentis, debere nos etiam Deo agere gratias, ac ſolere pro talibus, quod ad fidem eius doctrinamque converſi volentes ex nolentibus ſunt, oportet ſine dubitatione ſatcari, voluntates hominum Dei gratia PRÆVENIRI, & ut bonum velint homines, quod nolent: Deum facere qui rogatur ut faciat.***

Ex quibus proſecto maniſteſtiſſimè conſtat, quando de præveniente gratia & ſubſequenti diſputatur, non hic quaeritur, utrum gratia potentiam voluntatis in operibus quibusque bonis quaſi excitando præcedat, cum qua deinde in actum inſuat, ſed iſtud, utrum gratia præcedat omnes actus bonos voluntatis, etiam primum illum quo incipit ex nolente velle bonum, an è contrario bonus aliquis motus voluntatis præcedat gratiam, ita ut eam gratia veluti merces meriti illius ſubſequatur. Non enim vocatur gratia præveniens reſpectu bonorum operum que juſtificat per totam vitam operantur, quamvis ad ea voluntatem excitet, ſed tantum reſpectu illius mutationis ex mala in bonum, per quam incipit juſtificari, hoc eſt, ex nolente volens, ex averſa converſa, ex iniuſta juſta fieri: reſpectu vero operum jam à

A credente ac diligente profluentium gratia vocatur ſubſequent, quia ſequitur meritum jam converſæ & juſtificatæ voluntatis. Hanc eſſe veriſſimam & genuinam intelligentiam gratiæ prævenientis & ſubſequentis, prout de illis Augustinus ac diſcipuli ejus & Eccleſia, ipſæque adeo Scripturæ ſacræ, unde eas deprompſerunt, locuti ſunt, ex multis indicijs atque locis apertiſſimum eſt. Nec enim aliud ſibi vult cum in Epistoſa ad Vitalem ſcribit: *Qui- bus commendatur vera Dei gratia, hoc eſt quæ non ſecundum merita noſtra datur, ſed dat merita ipſa cum datur, quæ PRÆVENIT hominis voluntatem bonam, id eſt, volitionem ejus bonam, nec eam cuiuſquam invenit in corde ſed facit. Nec aliud cum libro ſecundo ad Bonificium probat primam boni cupiditatem, hoc eſt, etiam initium charitatis ſeu bonæ voluntatis eſſe nobis ex Deo præveniente voluntatem: Avertat enim Deus hanc amentiam ut in donis ejus nos priores faciamur, poſteriores ipſum, quoniam miſericordia eius PRÆVENIET ME. Et ipſe eſt, cui fideliter veraciterque cantatur: Quoniam PRÆVENISTI eum in benedictionis dulcedinis, Et quid hic apertius intelligitur, quam ipſa de qua loquimur cupiditas boni? Tunc enim bonum concupiſci incipit, quando dulceſcere cœperit. Ergo benedictio dulcedinis eſt gratia Dei, qua ſit nobis ut nos alectet, & cupiamus, hoc eſt, amemus, quod præcipit nobis, in qua ſi nos non PRÆVENIT Deus, non ſolum non perſicitur, ſed nec inchoatur ex nobis. Si enim ſine illo nihil poſſumus facere, proſecto nec incipere nec perſicere; quia ut INCIPIAMVS DICTVM EST, MISERICORDIA EIVS PRÆVENIET ME; ut perſicimus dictum eſt, MISERICORDIA EIVS SUBSEQVETVR ME. Et nec aliud libro primo contra Iulianum operis imperſecti: Gratia quippe hominem præveni, ut diligat Deum, qua dilectione operetur bona. Quod & Ioannes Apoſtolus apertiſſime oſtendit, ubi ait: Nos diligimus, quoniam PRIOR dilexit nos. Non ergo diligimus, quia dileximus, ſed quia dilecti ſumus diligimus. Hoc eſt, non nos prævenimus noſtra dilectione gratiam Dei, ſed gratia Dei prævenit dilectionem noſtram. Et in eodem libro iterum: Si non PRÆVENIT gratia voluntatem ſeu volitionem ut operetur eam, ſed prius exiſtenti voluntati, id eſt volitioni, gratia cooperatur, quomodo verum eſt Deus in nobis operatur & velle? Quomodo præparatur voluntas à Domino? Nec aliud in Enchiridio ad Laurentium: Præcedit enim bona voluntas, id eſt volitio hominis multa Dei dona, ſed non omnia: quæ autem non præcedit ipſa, in eis eſt & ipſa. Nam utrumque legitur in ſanctis eloquijs, & miſericordia eius PRÆVENIET ME, & miſericordia eius ſubſequetur me. Nolentem prævenit, ut velit, volentem ſubſequitur ne fruſtra velit. Cur enim admonemur orare pro inimicis noſtris, utique nolentibus pie vivere, niſi Deus in illis operetur ut velint? Item cur admonemur petere ut accipiamus, niſi ut ab illo fiat quod volumus, à quo factum eſt ut velimus. Oramus ergo pro inimicis noſtris, ut miſericordia Dei præveniat eos, ſicut prævenit & nos, antequam videlicet ullo bono voluntatis motu nos præveniſſimè Deum; oramus autem pro nobis ut miſericordia eius ſubſe-*

197. 107.

111.]

111.]

111.]

111.]

111.]

Epist. ad Vitalem

Lib. 2. ad Bonif. c. 9.

Lib. 2. cont. Iul. operis imp. f. 135.

ibid. f. 146.

Enchir. c. 3.

sublequatur nos. Quid autem sit istud, ne frustra
 vel, de quo aliqui multum contendunt, infra
 clare demonstrabimus. Nec aliud voluit
 quando dixit in Psalmos: *Dic Domino Deo tuo,*
Deus meus misericordia eius praeveniet me. Prae-
venit enim te, usque praevenit, quia nihil in te boni inven-
it. Hoc est, nullum omnino bonum volunta-
tis motum, quo animus esset jam conversus
ad Deum: Praeverti supplicium eius superbiendo,
ille praevenit supplicium tuum peccata delendo. Quod
eodem sensu paulo aliter expressit in Psalmum
decimum septimum: Retribuet mihi Dominus
secundum iniquitatem bonae voluntatis: qui prior pra-
buit misericordiam antequam haberem bonam volun-
tatem. Nam sive Deus gratia, seu misericor-
dia sua bonam voluntatem praevenire, sive
prior misericordiam praebere dicatur, ante-
quam habeamus bonam voluntatem, idem
omnino dicitur, eaque gratia exprimitur, quae
omnem bonum voluntatis motum, omniaque
merita nostra praevenit, ut per eam opposita
seu mala merita nostra peccataque deleantur.
Unde in praefatione in Psalmum trigessimum
primum vocatur Psalmus iste, Psalmus gratia
Dei & iustificatiōis nostrae, nullis praecedentibus me-
ritis nostris sed praeveniente nos misericordia Domini
Dei nostri. Et concione secunda in Psalmum
trigessimum secundum: Opus est ut velis accipere
praedicationem Evangelij: plena sunt herrea.
Hac ipsa plenitudo & abundantia non te venientem
expectaverunt, sed ad dormientem ipsa venerunt.
Hoc est, misericordia & gratia Dei te aversum
in peccatisque dormientem praevenierunt. Nec
aliud sibi vult in Psalmum quinquagesimum
octavum, ubi etiam exserte adijcit, prae-
venientem gratiam Pelagianis capitaliter esse
contrariam: Quid in me invenisti nisi scela pecca-
ta? Tuum nihil aliud nisi natura quam creasti, ce-
tera mala mea quae delevisi. Non ego prior ad te ex-
surrexi, sed tu ad me excitandum venisti. Nam mi-
sericordia eius praeveniet me. Antequam aliquis boni
ego faciam, misericordia eius praeveniet me. Quid
hic respondebit infelix Pelagius? Et ex profecto
explicans Scripturae locum ex quo gratiam
praevenientem Ecclesia & Augustinus hausit:
Deus meus misericordia eius praeveniet me: hoc est
ante omnia merita mea bona (quod nihil est aliud
quam ante omnem motum voluntatis bonum,
cum adhuc essem aversum a Deo) praevenit me
misericordia ipsius, est nihil in me boni invenit,
ipse me facit bonum, & ipse iustificat conversum, &
ipse admoveat ut convertatur aversum. Et in fine
istius concionis multo luculentius: Opus est ut
tu curari velis, opus est ut manus eius non refugias.
Sed etsi noli curari vulnus tuum admoveat ut curaris:
& aversum revocat, & refugientem quodammodo ad
se redire compellit, & attrahit. In omnibus imp. et
quod dictum est: Misericordia eius praeveniet me.
Cogitate quod dictum est PRAEVENIET ME. SI
ALIQUID TVVM PRIMVM ATTVLISTI, ET
EX TVO ALIQUO BONO PRIMO DEI MISE-
RICORDIAM MERVISTI, NON TE PRAEVE-
NIT. Quando autem vel intelligis, quia praevenit
es, nisi intelligas, quod ait Apostolus: Quid enim habes
quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris

A quasi non accepisti? Hoc est, misericordia eius praeveniet me. Nihil sane manifestius dici potest, quo intelligamus, non alio sensu Scripturas & Augustinum vocasse gratiam praevenientem, nisi quia praevenit omnes voluntatis actus bonos, hoc est, omnia merita bona, eo quod nullus in Augustini doctrina sit actus bonus, quin aliquid mercedis a Deo mereatur. Et illa ratio est, cur saepius explicat illam rationem praevenienti, per hoc quod gratia antecedit omnes actus bonos, vel per oppositum, quia nihil boni nostri gratiam praecedat, vel, ut Scriptura loquitur, quia nemo prior dedit Deo ut retribuatur ei: ut quando dicit in sermionibus de verbis Apostoli: *Quis prior dedit, cum tu in gratia accepisti? Quis prior dedit illi & retribueretur ei? Si Dominus retribuere vellet, nihilis poenam debitam retribueret. Nihil dederunt ut ei retribueretur: pro nihilo salvos faceret illos. Quis prior dedit illi quasi suorum gratiam meritorum? Quis prior dedit illi? Quis praevenit gratiam quae gratis datur? Si aliquid meritorium antecedit gratiam, iam non gratis datur sed ex debito redditur. Si autem gratis non datur, gratia quare vocatur? Quis ergo prior dedit illi, & retribueretur ei. Et in libris adversus Iulianum: Quia imago Dei est, mereatur hanc gratiam, non tamen ut eius bona voluntas possit praecedere praeter gratiam, ne vel ipsam prior det, ut retribueretur ei, ac sic gratia iam non sit gratia, dum non datur gratuita sed redditur debita. Quod cum tanquam gratiae verae ex diametro adversum refellisset, veram rationem gratiae praevenientis adiungit: Non ergo quia est illis voluntas bona, sed ut convertatur in bonam voluntas mala, quoniam praeparatur, id est, donatur & efficitur, voluntas a Deo. Et Deus est, ut ait Apostolus qui operatur in vobis & velle. Quae etiam vera causa est, cur ratio gratiae evidentissimè appareat, non tam in gratia consequente, quae consequitur bonos voluntatis motus, quam in praeveniente, quae omne meritum omnemque actum bonum praeveniendo praecedit.*

B Secundo haec ratio praevenientis gratiae ex opposito Pelagianorum sensu peripicue patet. Illi cum Augustini & Catholicorum disputationibus & Conciliorum auctoritate quibus damnati fuerant, tandem aliquam gratiam admittere cogentur, consequente ad ista qua ad facilius operandum assequendamque perfectionem, iuvarentur, praevenientem tamen, per meritum antecessens funditus saluterunt. Quam sententiam postea Semi-Pelagiani, velut haereseos suae fundamentum amplexi studiosissime defenderunt. Hunc Pelagianorum sensum, gratiae praevenientis ex diametro adversum, non semel Augustinus expellit, ut in libris contra Iulianum: Nam & secundum sanctitatem sine adiutorio Deivultus in bonis voluntate praecedere, quod merito Deus debeat adiuvari non gratis. Et in Epistola ad Paulinum Pelagianos aliquid quoquo modo praevenium gratiae queritantes increpans: Cur, inquit, meritum praeveniri gratia perhibetur, quae gratia non esset, si secundum meritum imputaretur? Nam de vita praeveniente gratia post damnatos Pelag-

Psal. 18.
 Psal. 17.
 Psal. 36.
 Con. 2. in Psal. 32.
 Con. 1. in Psal. 58.
 Con. 1. in Psal. 98.
 Con. 2. in Psal. 98.

Handwritten marginal note in Latin script, partially obscured by a large stain.

Handwritten marginal notes in Latin script, including references to other works and page numbers.

Pelagianos ei fuisse controversiam, in precedenti-
 bus abunde manifestat: Cui ergo fides imperat
 iustificacionem non gratiam Dei aliquid meriti
 PRÆCEDIT humani; sed ipsa gratia meretur as-
 gendi, ut aucta mereatur perfecti, comitante, hoc est,
 sequente, non ducente, pedessequa non prævia
 voluntate. Vnde ille qui dixit: Fortunam
 meam ad te custodiam, causamque reddidit dicens,
 quoniam Deus susceptor meus es: tanquam requi-
 rens, quibus id meriti fuerit consecutus, nihilque
 in se inueniens ANTE GRATIAM DEI;
 Deus meus, inquit, misericordia eius PRÆ-
 VENIT ME. Et quid istud? Quantumcumque
 inquit, cogitavero amecedentia merita mea miseri-
 cordia eius prævenit me. Et inferius in eadem
 Epistola: Sive sit gratia qua iustificatur impij, de
 qua nobis dubitare fas non est, sive ut quidam volunt
 (Pelagianj) semper PRÆCEDAT liberum
 arbitrium, cuius meritum sequatur poena vel præ-
 mium. Et eundem Pelagianum sensum exclu-
 dens cum contra Vitalem scriberet: A Domino
 gressus hominis diriguntur & viam eius vult: non di-
 xit, & viam eius dixerit aut teneat, aut ambulabit,
 aut aliquid huiusmodi, quod possit dicere, à Domino
 quidem dari, sed homini iam volenti, ut scilicet bene-
 ficiam Dei, quo gressus hominis dirigit, ut viam eius
 dicat, teneat, gradiatur, sua homo voluntate PRÆ-
 CEDAT, & hoc Dei donum sua homo voluntate mere-
 reatur; sed ideo dicitur à DOMINO gressus hominis di-
 riguntur & viam eius vult, ut intelligamus ipsam
 voluntatem bonam qua incipimus velle credere, quo-
 niam Dei via, quid est nisi fides recta, illius esse donum
 qui gressus nostros propterea dirigit primus ut velle-
 mus. Et in libris ad Bonifacium: Isti enim volunt
 in homine ab ipso domine incipere cupiditatem boni,
 id est, primam bonam voluntatem, ut huius ce-
 pti meritum etiam percipiendi GRATIA CONSE-
 QUATUR. Et inferius adhuc: Hoc ita dicunt vel-
 ut homo a seipso sine adiutorio Dei habeat propositum
 bonum studium, virtutis quo merito PRÆCEN-
 DENTE dignus sit adiutori Dei gratia subsequente. Et
 iterum paulo post coram harethi juglans:
 Homines autem propositum bonum adiuvat quidem
 SUBSEQUENS GRATIA, sed nec ipsam esset nisi
 PRÆCEDERET GRATIA. Et lib. 4. ad eundem
 Bonifacium: Sic enim volunt intelligi quod dictum
 est: Si volueritis & audieritis me, tanquam in ipsa
 PRÆCEDENTE VOLUNTATE sit CONSEQUEN-
 TIS meritum gratia, ac sic gratia iam non sit gratia,
 que non est gratia cum reddatur debita. Si autem sic
 intelligeret, quod dictum est, si volueritis, ut etiam
 ipsam bonam voluntatem illam preparare confiterentur,
 de quo scriptum est, Preparavit voluntas a Do-
 mino, tanquam Catholici uterentur hoc testimonio.
 Vnde mox eis vere gratiæ puritatem tradendo
 subtexit: sed intelligeret & confiterentur etiam
 ipsum bonum propositum, quod CONSEQUENS
 adiuvat gratia, non esse potuisse in homine, si non
 PRÆCEDERET gratia. Quomodo enim est hominis
 bonum propositum sine miserante PRIUS DOMINO?
 Cum ipsa sit bona voluntas quo preparatur a Domi-
 no? Itaque paucis interiectis cum Pelagianj
 faterentur bonum propositum iam ab homine
 inchoatum, Dei Gratia adiuvari, quibus ver-
 bis consequentem gratiam satis aperte fateban-

tur, non esse hoc satis ad veræ gratiæ confes-
 sionem, qua etiam ipsum bonum propositum
 prævenit gratia non dubitamus, ostendit: Ve-
 rantamen in omnibus que quisque agit secundum
 Deum, misericordia eius PRÆVENIT EVM. Quod
 isti nolunt, quia non esse Catholici, sed Pelagianj vo-
 lunt. Multum enim delectat impietatem superbiam, ut
 etiam id quod cogitur consisti à Domino datum non
 sibi donatum videatur esse, sed redditum: ut scilicet
 filij perditionis non promissionis ipsi credantur se bonos
 fecisse, videlicet primam ex se proterendo bo-
 nam voluntatem atque propositum, & Deus iam
 bonis à seipsis effectus, pro isto eorum opere debitum
 premium reddidisse. Quod mox divinæ gratiæ
 prævenienti capitaliter inimicum esse declarat:
 Quid rem nist pell. mortuus unde posuit inflari, &
 deligetur, quando glorietur, in Domino gloriarj.
 Quid ei veniunt, quando quequid dixerit se fecisse,
 ut eo PRÆCEDENTE hominis merito ab homine
 exorto Deus SUBSEQUENTER faciat, quo dignus
 est homo, respondetur, reclamant, contradicunt. Ego
 facio sed propter nomen meum sanctum, non propter
 vos ego facio, dicit Dominus. Nihil sic everit, vela-
 gnanos dicentes gratiam Dei secundum merita nostra
 dari. Itaque istius erroris fallitatem merita-
 que quælibet ex homine pullulantia præve-
 nientis gratiæ sinceritate & profunditate de-
 struens: Nos quidem ambulamus, verum est; nos
 observamus, nos facimus; sed ille facit ut ambule-
 mus, ut observemus, ut faciamus. Hæc est gratia
 Dei bonos faciens nos, hæc misericordia PRÆ-
 VENIENS nos. Et quia error iste Pelagianus
 quo prævenientem gratiam, reverentia
 consequente, destruebant, Semi-Pelagianor-
 um postea peculiaris & proprius fuit, ut qui
 libentissime gratiam ad opera bona fateban-
 tur, dummodo consequeretur ipsa fidem ac
 voluntatem suam bonam quam à scriptis in-
 choari sentiebant, hinc eum eodem modo Au-
 gustinus luculentissime scilicet prævenientis
 gratiæ puritate subvertit. Quod quia operæ
 pretium ex ipso fonte intelligere, totus locus
 quo admodum clarè & præclarè veritas ista
 traditur; ex libro de Dono perseverantiæ
 ascibendus est: A Pelagianorum porro hæretica
 perversitate tantum isti remota sunt, Massilienses,
 propter quos hæc agimus, ut licet nondum velint fa-
 teri prædestinatos esse, qui per gratiam Dei sunt obe-
 dientes, videlicet per fidem obedientia prædi-
 cationi, atque permanent, iam tamen fateantur
 quod eorum PRÆVENIAT voluntatem, nempe ad
 bene operandum, quibus datur hæc gratia. Ideo
 usque ne non gratia dari creatur gratia, sicut ve-
 rus loquitur, sed potius secundum PRÆ-
 CEDENTIS merita voluntatis, sicut contra verita-
 tem Pelagianus error obloquitur. PRÆVENIT ergo
 & sic in gratia: alioquin si eam fides, ab homine
 scilicet, exorta PRÆVENIT, procul dubio prævenit
 & voluntas, id est, volitio, quoniam fides sine vo-
 luntate non potest esse. Si autem gratia PRÆVENIT
 fidem, quoniam prævenit voluntatem profectio PRÆ-
 VENIT omnem obedientiam, PRÆVENIT etiam
 charitatem, qua una Deo veratur & suaviter obedi-
 tur, & hæc omnia gratis in eo cui datur, & cuius hæc
 omnia PRÆVENIT, operatur.

lib. 1. ad Bonif. c. 6.
 lib. 1. ad Bonif. c. 8.
 lib. 1. ad Bonif. c. 10.
 lib. 4. ad Bonif. c. 6.
 lib. 1.

lib. 1. ad Bonif. c. 6.
 lib. 1.
 lib. 1. ad Bonif. c. 10.
 lib. 1. ad Bonif. c. 6.
 lib. 1.



Quae quidem tam prolixè accersita & in unum locum digerenda censuit, ut cuilibet in Augustini scriptis minus versato ad oculum claresceret, certissimum esse quod diximus. Nempe veram gratiam prævenientem non esse quamlibet gratiam, qua potentia voluntatis ad opera sua bona prævenitur, sed illam qua Deus prævenit omnia merita nostra bona, sive omnem etiam primum voluntatis motum bonum, utpote qua ex nolente volentem facit, qua voluntas hominis præparatur ac datur, qua Deus in homine operatur ac velle, qua hominis voluntas primo eruitur ex potestate tenebrarum, & convertitur in Deum vivum, qua denique incipit credere veritati. Nam ut Augustinus docet, ubi est initium fidei, est etiam initium bonæ, hoc est, præ voluntatis: quod Pelagiani maximeque Semi-Pelagiani volebant esse beneficium prævenientis gratiæ, sed humanæ voluntatis officium. Adversus istum enim errorem militat gratia præveniens, sicut adversus illum, qui opera bona fidem sequentia soli humanæ voluntatis arbitrio tribuunt, gratia quam consequentem Scripturæ & Patres dicunt.

Epist. 107. ad V. italem.

*LIB. DE SPIRITU
SANTO*

subinde Augustinus gratia prævenienti tribuit, quod nos justificat, seu iustos & bonos faciat. Nam apud Augustinum sexcentis locis justificari & bonum fieri, non ita accipitur, ut jam vulgò solet, ut sit idem quod perfectæ peccatorum omnium remissione mundari; sed ut idem sit quod quoquo modo à voluntatis malitia & perversitate mutari; quod etiam fit per quemcunque etiam primum motum quantumcunque exiguum bonæ seu piæ voluntatis. Nimirum quia vera illa & perfectæ iustitia, à bona voluntate & fide ei conjuncta sumit initium, juxta illud ejusdem Augustini: *Restatigitur ut ipsam fidem, unde omni iustitia sumit initium, non humano tribuamus arbitrio, sed gratium donum esse fateamur, si veram gratiam, id est, sine merito cogitamus: ut merito justificari, hoc est, iustus & bonus fieri saltem inchoatè dici debeat, quisquis per prævenientem gratiam; & in iusta & mala voluntate convertitur. Gratia vero justificans istâ consideratione non est gratia habitualis aut remissio peccatorum, sed gratia potius actualis effectivè justificans non formaliter, quomodo innumeris locis ab Augustino accipitur, prout & recentiores aliqui advertunt.*

Epist. 107.

Lib. de spir. s. l. 1. c. 1. c. 2. c. 3. c. 4. c. 5. c. 6. c. 7. c. 8. c. 9. c. 10. c. 11. c. 12. c. 13. c. 14. c. 15. c. 16. c. 17. c. 18. c. 19. c. 20.

CAPUT XIII.
Quid sit gratia consequens, seu subsequens.

QUAE quidem quisquis rectè intellexerit nihil jam laborabit ut intelligat quid in Scripturis & Patribus gratia *consequens* nominetur. Est enim illa gratia quæ consequitur illa inchoata studia bonæ voluntatis, eaque tanquam adhuc infirma fovet, juvat, roborat, donec ita perfectæ robustaque voluntas efficiatur, ut nullis blandientium rerum amoribus cedat, nullo comminantium poenarum terrore frangatur. A qua sanè perfectione bonæ voluntatis illi qui à peccatis incipiunt respiscere, confisumque cum diversarum cupiditatum suarum exercitiu meditantur, plerumque longe distans. Recolendum est enim id quod latissime superius tradidimus, & in scriptis Augustini, Prosperi, Fulgentij, exploratissimum est: esse quandam bonæ voluntatis infirmitatem, quam homo nullo conatu suo, nisi per gratiam cælitus infusam roboretur, superare aut exuere potest. Oritur enim ex rebellantis pernicissimæque sævientis concupiscentiæ motibus, quam non est in solius hominis potestate frangere, mansuetamque reddere, multo minus funditus exuere. Adversus istam infirmitatem homo per totam vitam, post conversionem suam ad Deum quam gratia *præveniens* operata est, gratia *consequente* juvatur ac roboratur; cujus beneficio paulatim bona voluntas crescit orando, bene operando, mandata complendo, donec ita robusta fiat, ut etiam reluctantes concupiscentiæ impetus vincat ac domet. Nam ista est pro-

Lib. 3. de grat. Christi Salvat. c. 13.

ptiè illa gratia qua Deus voluntatem jam bonam adjuvando perficit, quam præveniendo inchoavit. Qua de causa cum ista gratia libertatem arbitrii satis apertè servare videretur, utpote quæ voluntati jam volenti conantique donabatur, libenter eam Pelagiani postquam à Zozyimo Pontifice Africani; Patribus damnati essent, amplexi sunt. Prævenientem vero quæ nolentem reluctantemque hominem velle faciebat; pertinaciter contemnebant. Ex quo fonte fluunt illa verba Iuliani: *Gratiam quoque consequemur adjuvare inchoatam bonum propositum, videlicet jam ante gratiam inchoatum; non tamen reluctanti studium virtutis immittere.* Per quæ volebant, ut exponit Augustinus in homine ab ipso homine incipere cupiditatem seu volitionem boni, ut huius capti meritum etiam perficendi gratia *consequatur*. Adversus quæ nimis perversam opinionem ita commendandam gratiam consequentem censuit Augustinus, ut nequaquam gratiæ prævenientis dignitas læderetur. Itaque de hac consequente gratia dixit in præcedenti capite: *Incipiamus dictum est Misericordia eius præveniet me, ut perficiamus dictum est, misericordia eius subsequetur me.* De hac gratia consequente dixit: *Hoc autem bonum propositum adjuvat quidem subsequens gratia, sed nec ipsum esset nisi præcederet gratia.* De hac gratia consequente dixit: *Ipsam bonum propositum consequens adjuvat gratia.* De hac gratia cum exponeret illa Scripturæ verba: *Misericordia eius præveniet me: & misericordia eius subsequetur me, unde ista divisio gratiæ*

Lib. 1. de bono. c. 1. c. 2. c. 3. c. 4. c. 5. c. 6. c. 7. c. 8. c. 9. c. 10. c. 11. c. 12. c. 13. c. 14. c. 15. c. 16. c. 17. c. 18. c. 19. c. 20.

Lib. 2. d.

Lib. 4. c. 6.

gratia deprompta est: Nolentem pravenit ut
 vellet: volentem subsequitur ne frustra velit. Hoc
 est, ne tantummodo in generali & imperfecta
 voluntate seu velleitate bene vivendi harendo,
 & reluctantes concupiscentia suae motus per-
 ficere non possit quod facere cupit, juxta illud
 Apostoli: Caro concupiscit adversus spiritum, ut
 non quacunque vultis illa faciat. Spiritus igitur
 consequente gratia adjuvat infirmitatem nos-
 stram etiam volentium, ne frustra velimus.
 De hac iterum gratia consequente ibidem
 dixit: Oramus pro inimicis nostris, ut misericordia
 Dei praveniat eos sicut pravenit & nos: oramus
 autem pro nobis ut misericordia eius subsequatur nos.
 Haec est enim essentialis inter utramque gra-
 tiam proprie sumptam differentia, ut pro pra-

veniente gratia sibi met ipsi danda nullus orat
 aut orare possit: consequens autem ab ipso
 homine pro seipso orante impetretur. Cujus
 differentiae causa utramque gratiam pon-
 deranti manifesta est. Nemo enim Deum ro-
 gare potest pro impetranda ejus gratia ante
 fidem ac bonam seu piam qualemcunque
 voluntatem: Initium enim corrigendi cor, fides est.
 Pia ergo voluntas ac fides prius per pra-
 venientem gratiam dari debet, ut ijs acceptis
 possit orare. Nam & desiderare auxilium gratia,
 initium gratiae est: & fides non petita conceditur,
 ut ei petenti alia concedatur. Quicquid ergo gra-
 tiae homo precando postulat, non potest esse
 alia nisi consequens bonam voluntatem, quam
 jam ante per pravenientem Dei gratiam ac-
 cepit.

CAPVT XIV.

Declaratur uberius natura gratiae pravenientis & consequen-
 tis ex Prospero, Fulgentio, & ex Concilijs Arau-
 ficano ac Tridentino.

ET ista quidem ad intelligendum gra-
 tiae pravenientis & consequentis dis-
 crimen, abunde sufficere possent, ve-
 runtamen ne quis istum solius Augu-
 stini sensum esse arbitretur, non abs re fuerit
 ostendere, quod eadem discipulorum ejus, ad-
 eoque Ecclesiae Catholicae & Conciliorum
 ejus semper fuerit mens; à qua viderint Scho-
 lastici, utrum sit expediens ac tutum, in Phi-
 losophica talium vocabulorum interpretatio-
 ne harendo discedere. Itaque imprimis san-
 ctus Prosper non aliam gratiae pravenientis
 consequentisque naturam intellexit, nisi illam
 quam superius explicuimus; ut illa praveniens
 dicatur, quae pravenit bonam voluntatem, seu
 bonum voluntatis motum; nec enim invenit
 in cuiusquam corde, sed facit ut gratia verè
 fit gratia hoc est, gratuita. Consequens vero
 quae jam sequitur bonam voluntatem, quam
 homo ex gratia praveniente concepit. Vnde
 sic exprimit Massi iensium presbyterorum sen-
 tentiam, qui servatam gratia consequente pra-
 venientem auferebant: Qui istis resistunt, hoc
 sentire aperte probantur, quod fides (unde inci-
 pit voluntas bona) non sit donum Dei, & quod
 gratia non praveniat liberum arbitrium, dando ei
 videlicet etiam ipsam fidem, ubi est initium
 bonae voluntatis, sed sequatur, & quod gratia
 Dei secundum meritum nostra detur. Itaque itatim
 prolixè probat, ita liberum arbitrium gratia
 praveniri, ut operetur in eo etiam ipsam fi-
 dem, hoc est, ipsum etiam initium bonae volun-
 tatis. Et libro contra Collatorem, improbat
 errorem ejus, quo putabat gratiam non in om-
 nibus pravenire voluntatem: Quasi ita utrumque
 recipiendum sit, juxta Cassianum, ut in alijs homi-
 nibus, voluntas gratiam in alijs GRATIA PRA-
 VENIAT voluntatem, & non ita ut in omnibus vo-

luntas gratiam SUBSEQUATUR. Hoc est, ad-
 mittebat respectu quorundam gratiam prave-
 nire voluntatem, quos ex malis scilicet bonos,
 ex nolentibus volentes faciebat, respectu alio-
 rum vero gratiam tantum consequi volunta-
 tem, utpote qui per seipso crederent.

Sed gratias illas multo luculentius expli-
 cuit sanctus Fulgentius, diversis operum suo-
 rum locis, ex quibus prolixitatis vitanda cau-
 sa pauca delibabimus. Sic ergo de illis dis-
 serit libro primo ad Monimum: Ipse donat gra-
 tiam qua iustificatus impius illuminatur munere bona voluntatis, & facultate bona ope-
 rationis; ut praveniente misericordia bo-
 num velle incipiat & subsequente misericordia
 bonum quod vult facere valeat. Et paucis interpo-
 sitis uberius: Ve hoc mereantur, ipsa praveniendo
 misericorditer incipit, ipsa subsequendo custodit.
 Ista gratia in Scripturis etiam misericordia nomi-
 natur; De qua dicit David: Deus meus misericordia
 eius pravenit me. Et alio loco: Misericordia tua
 subsequetur me per omnes dies vitae meae. Pravenit
 igitur impius ut fiat iustus: subsequitur iustum
 ne fiat impius. Pravenit cecum ut lumen, quod non
 invenit, donet: subsequatur videntem, ut lumen,
 quod contulit, servet. Pravenit insomnem ut surgat;
 subsequitur elevatum ne cadat. Pravenit donans bo-
 num bonam voluntatem: subsequatur bene volentem,
 operando in illo boni operis facultatem. Hoc igitur
 ista misericordia Dei in homine subsequitur, quod
 praveniens ipsa largitur. Et iterum post multa.
 Praestitavit ad regnum quos ad se praeservit mise-
 ricordia pravenientis auxilio reditu-
 ros, & in se misericordia subsequens auxilio
 esse mansuros. Et in libro de Incarnatione &
 gratia: Cum ergo Paulus esset blasphemus & perse-
 cutor & contumeliosus, non ideo est adiutus Dei gratia,
 quia credere voluit id est, gratia consequente, sed ut
 crederet.

In Respon-
 sione ad
 Collatorem

Lib. contra
 Collatorem

Lib. de
 gratia

Lib. de
 gratia

Lib. de
 gratia

Lib. de
 gratia

Lib. de
 gratia

Lib. de
 gratia

Lib. de
 gratia

Lib. de
 gratia

Lib. de
 gratia

Lib. de
 gratia

Lib. de
 gratia

Lib. de
 gratia

Lib. de
 gratia

Lib. de
 gratia

Lib. de
 gratia

Lib. de
 gratia

Lib. de
 gratia

Lib. de
 gratia

Lib. de
 gratia

Lib. de
 gratia

Lib. de
 gratia

Lib. de
 gratia

Lib. de
 gratia

Lib. de
 gratia

Lib. de
 gratia

Lib. de
 gratia

Lib. de
 gratia

Lib. de
 gratia

Lib. de
 gratia

Lib. de
 gratia

Lib. de
 gratia

Lib. de
 gratia

Lib. de
 gratia

Lib. de
 gratia

Lib. de
 gratia

Lib. de
 gratia

Lib. de
 gratia

Lib. de
 gratia

Lib. de
 gratia

Lib. de
 gratia

Lib. de
 gratia

Lib. de
 gratia

Lib. de
 gratia

Lib. de
 gratia

Lib. de
 gratia

Lib. de
 gratia

Lib. de
 gratia

Lib. de
 gratia

credere vellet, donum gratiae PRAEVENIENTIS accipit. Et in eodem illo loco inferius explicans clarius officium utriusque gratiae: Quia revera & ut volumus misericordia PRAEVENIENTIS illuminamur dono; & ut curramus per viam videlicet mandatorum bene operando, misericordia SUBSEQUENTIS fulcitur auxilio. Et preclarissimo lib. i. de Veritate praedestinationis & gratiae, quos contra Semi-Pelagianos elaboravit: Sicut ergo bona voluntatis initium nemo potest habere, nisi fuerit misericordia Dei PRAEVENIENTE illuminatus, quia preparatur voluntas a Domino, & rursus scripsum est: Deus meus misericordia eius praevenit me: ita tandem bonam voluntatem nemo usque in finem poterit abinere, nisi fuerit iugiter, eadem misericordia SUBSEQUENTE serratus. Dicit enim Deus beatus David: Misericordia tua SUBSEQUETUR me, omnibus diebus vitae meae. Misericordia igitur quae gratia malum hominem PRAEVENIT ut mutet in melius, & ipsa quem bonum facit SUBSEQUENDO teget, ne maleat in peius. Omne igitur bonum voluntatis & operis tunc esse potest homini, si PRAEVENIENTIS gratia largitate detur, eiusdemque gratia SUBSEQUENTIS opulenta servetur: quae malum PRAEVENIT, ut bonam Deo largiente voluntatem habere incipiat, quam ante quia per se habere non poterat, non habebat. SUBSEQUITUR autem bonum ut ferveret & proficeret in bona voluntate: quam ex se habere non potuit, sed gratis accepit. PRAEVENIT ergo dirigendo cor hominis primum, quia scripsum est: Dirigat autem corda eius. SUBSEQUITUR autem custodiendo cor rectum &c. Et post multa in illo libro interposita: Non autem PRAEVENIENDO illuminaretur liberum arbitrium, si non esset: nec SUBSEQUENDO adjuvaret (forte adjuvaretur) si illuminatum ad aliquid sibi bene cogitationis aut operis esse posset idoneum. Et iterum paulo post: Tunc salutariter discimus quid facere debeamus, quando nos misericordia PRAEVENIENS illuminat & sanatur, ut quod illa PRAEVENIENTE discimus eadem SUBSEQUENTE faciamus. PRAEVENIT enim nos dum propius sit Dominus omnibus iniquitatibus nostris; SUBSEQUITUR nos dum sanat omnes languores nostrae, variatum videlicet concupiscentiarum cum bona voluntate dimicantium. PRAEVENIT misericordia liberum hominis arbitrium, dum in nondum bene volente sola operatur exordium bona voluntatis: SUBSEQUITUR dum bene volenti subministrat auxilium, ut bene operando perveniat ad bona voluntatis effectum, voluntatem videlicet infirmam roborando, efficacemque reddendo: Martia misericordia igitur PRAEVENIENS cooperaturam sibi hominis voluntatem sola preparat: SUBSEQUENS autem cooperaturam sibi voluntatem iuvat. Quod factus ibidem prosequitur declarando, quod gratia praevenientis officium sit mutare malam hominis voluntatem in bonam faciendo ex infideli fidelem, ex superba humilem &c. per mutationem dexteræ excelsi: consequentis vero custodire quod fecit. Et in libro secundo ejusdem operis docet quod sancti Patres induit-
 D
 tantèr asseruerint, in hominis voluntate nihil bona cogitationis obesse, nisi quod beneficio gratia PRAEVENIENTIS infunditur; nihil in melius augeri, nisi quod SUBSEQUENTIS iuvamine roboratur. Et

A in libro de Trinitate clarè explicat paucis verbis & officium gratia praevenientis & subsequents, & ipsa S. Augustini verba quibus obsecratur illud expresserat: Quapropter, inquit, ipsum liberum arbitrium Gratia Dei liberatur ut bonum velit & possit. Ita enim quidam ex Patribus ait, quod Gratia Dei praeveniat nolentem ut velit; subsequatur volentem, ne frustra velit. Nempe hoc sentit quod supra explicando hæc verba diximus, praevenientem gratiam facere ut homo velit, subsequenter facere id quod voluit, ne volendo & propter infirmitatem novae voluntatis non valendo, frustra velit. Multa præterea ad praevenientis & subsequents gratia explanationem ex Fulgentio proferri possunt; sed quia ista sufficienter, prætermittimus. Ex his enim evidenter constat, proprium praevenientis gratiae beneficium in eo litum esse, quod hominem faciat bonum velle quod nolit, quod ex nolente volentem facit, ex infideli fidelem, ex iniusto iustum, hoc est, quod in eo operetur primam illam voluntatis perverſe mutationem. Unde merito praeveniens dicitur non quod praeveniat potentiam voluntatis (hoc enim etiam omnis consequens gratia facit) sed quia praevenit omnem omnino bonum voluntatis motum, quo cogitari posset homo iam suis viribus se convertente ad Deum, aut erudicidisi Deo; aut diligere Deum. Consequens vero dicitur omnis illa gratia, quae sequitur illam voluntatis mutationem, ideoque proprium ejus munus est illam bonam voluntatem accendere, ut quod voluit possit; fovere & custodire ne pereat, juvare ne qua illam concupiscentiarum tempestas frangat; augere & roborare ne luctando superetur. De qua duplici gratia S. Gregorius: Sancti viri scunt post primi parentis lapsum, ac corruptibili stirpe se editos, & non virtute propria, sed praeveniente superna gratia Dei ad meliora se vota (id est, voluntates seu desideria) vel opera committatos &c. Eique de accepto munere debitores sunt, qui & praeveniendo dedit eis bonam velle, quod noluerant, & subsequendo dedit bonum posse quod voluit.
 Quae cum ex scriptis SS. Patrum, qui ex profecto hæreses divitiae gratiae inimicas debellarunt, perspicue constat, non erit jam difficile eandem mentem in Ecclesiae decretis intelligere. Nam istiusmodi praevenientem gratiam instantissime tradit Concilium Arausiacum Canone tertio, quarto, quinto, sexto, sed quia illam non exprimit illo ipso nomine, reluctantijs non ita perspicue persuaderi potest. Canone vero vigesimo quinto, apertissime contra Semi-Pelagianos dicit, qui saltem nos credere posse sine gratia praeveniente sentiebant, ita attendatum esse liberum arbitrium, ut nullus posset aut diligere Deum sicut oportuit, aut credere in Deum, aut operari propter Deum quod bonum est posset, nisi gratia cum & misericordia divina praevenierit. Quod paulo post dicit, non nos incipere & posita per Dei misericordiam adjuvari, sed nullis præcedentibus bonis meritis, & fidem & amorem Dei prius inspirari ut baptismum requiramus, & ipsius adiutorio ea quae suis iustis placita implere possimus.

Ibid.

Lib. i. de veritate praedest. & gratiae f. 77.

Ibid. f. 95.

Ibid. f. 96.

Lib. de veritate praedest. & gratiae f. 97.

Ibid. f. 109.

Aug in Ep. dicit. 432. Folgent lib. de Trinit. 160

S. Greg. 22. 23. 24. 25. 26. 27.

possimus. Quibus verbis præueniens gratia explicatur. Illa est enim qua proprie fides & pius affectus erga Deum inspiratur, sine qua fides esse nequit, tanquam justificationis exordium, ut ad justificationem ipsam perducat. Quod finalibus serè verbis non solum officium, sed etiam non en præuenientis gratiæ exprimitur Synodus Tridentina Sessione sexta declaravit: *Declarat præterea, inquit, ipsius justificationis exordium in adultis a Deo Christiane letum præueniente gratia sumendum esse: hoc est, ab eius vocatione qua nullis eorum existentibus meritis vocantur, nempe, ut primitus credant, & a peccatis seu a peruersa sua voluntate convertantur ad Deum, secundum id quod adicit: Ut qui per peccata a Deo averti erant, per eius excitantem & adiuuantem gratiam ad convertendum &c.* Libentius, cunctius & accuratius non

possit gratia præueniens proprie dicta & munus ejus exponi. Nam ex illa dicitur sumendam esse non justificationem, sed justificationis exordium. Nempe quia illa proprie est, qua omnia omnino bona hominis merita præveniuntur, hoc est, qua homo nolens & à Deo avertus primo præuenitur, antequam quicquam omnino boni operetur, vel quicquam gratiæ mereatur. Sic enim exponit eam gratiam quam præuenientem dixerat: *Hoc, inquit, est, ab eius vocatione, qua nullis eorum existentibus meritis vocantur, nempe, ut primitus credant, & a peccatis seu a peruersa sua voluntate convertantur ad Deum, secundum id quod adicit: Ut qui per peccata a Deo averti erant, per eius excitantem & adiuuantem gratiam ad convertendum &c. dissipantur.*

CAPVT XV.

Quid sit gratia operans & cooperans, juxta Augustinum & Fulgentium.

QVOD si quis ista que de præueniente & subsequente gratia ex attributis antiquis diximus, ut oportet ponderaverit nihil etiã difficultatis in percipienda natura gratiæ Operantis & Cooperantis, Excitantis & Adiuuantis inveniet. Nam gratia operans non est alia quam præueniens, sed diversa nonnulla consideratione. Præueniens enim dicitur, quia præuenit liberam hominis voluntatem antequam quicquam boni vel operata sit, vel à Deo promeratur. Operans vero, quia ipsa sola primam bonam voluntatem in homine operatur. Sola dico non quasi homo non simul in illam voluntatem, hoc est, in voluntatis motum atque consensionem influat, sed quia eum operatur, nobis nihil ad eum habendum conferentibus petendo desiderando, studendo, meditando, atque ita nihil omnino boni meriti respectu illius voluntatis asserendo. Hoc enim impossibile est, hoc ipso quo statuitur, esse primam voluntatem bonam, ad quam ex mala convertitur. Illam enim nec fides, nec oratio, nec studium, nec ullum omnino meritum antecedere potest; atque ita necessario Deus eam solus, seu gratia sola operans ac præueniens dicto jam sensu operatur. Cooperans gratia vicissim non est alia quam subsequens; quæ quidem subsequens nuncupata est, quia subsequitur illi bonam voluntatem, quam sola præueniens gratia inspiravit atque operata est, sequitur vero tantquam quædam retributio bonæ voluntatis, aut fidei, aut orationis. Cooperans autem dicta est, quia operatur aliquid in nobis non sola, sed nobis simul cooperantibus, non per simultaneum tantum influxum; ut recentiores intelligunt (sic enim etiam cooperamur gratiæ operanti) sed præviæ ad effectum illius gratiæ, volendo, credendo, desiderando, petendo, pulsando, satagendo, adeoque etiam promerendo, ita ut ejus effectus sit uniuersum primæ voluntatis illius bonæ incrementum utque ad apicem

A perfectionis humanæ. Nam ut Augustinus ait: *Constat Deum alia etiam non orantibus, sicut inquitum Lib. de dono fidei: alia non nisi orantibus preparasse, sicut usque pers. c. 10. in finem perseverantiam.*

Hanc esse veram genuinamque gratiæ operantis & cooperantis, notionem, facile ex Augustino ac discipulis ejus demonstrari potest. Quod antequam præstemus, declarandum imprimis est, constantem Augustini & sectatorum ejus sententiam esse, quod gratia præueniens atque operans sola conversionem hominis, seu primam bonam voluntatem & ipsum velle operatur, cooperans vero non sola, sed voluntate hominis concurrente, ad eum scilicet quo dixi modum. Hoc enim cum verum esse nullo pacto possit eo sensu, ut sine simultaneo influxu voluntatis fieri intelligatur; per seipsum quodammodo consequens erit (etiam si Patres non exprimerent) quod sola operans gratia operetur velle; quia non potuit ad illud velle assequendum quicquam studij præviæ contribuere, sicut accepta jam fide bonæque voluntate, desiderando, & petendo ad incrementum virtutum operaque bona faciendâ, aliquid conferre potest. Sic igitur ea de re loquitur Augustinus in libro de Gratia & libro arbitrio: *Utergo velimus sine nobis operatur, cum autem volumus & sic volumus ut faciamus, nobiscum operatur.* Sine nobis, nempe petendo, pulsando, merendo cooperantibus, quam vis simul cum gratia in actum voluntatis influamus. Hunc esse sensum declarat manifestius in eodem libro multo superius, quando de Paulo jam post vocationem primamque voluntatem bonam bene operante ac laborante scribit: *Non ego autem, sed gratia Dei mecum, id est, non solus, sed gratia Dei mecum: ac per hoc nec gratia Dei sola, nec ipse solus, sed gratia Dei cum illo.* Hæc de gratia cooperante. De operante vero conversionem statim adicit: *Ut autem de celo vocaretur & tam magna & efficacissima*

Lib. de gratia
& lib. arbitrio
cap. 17.

Lib. de gratia
& lib. arbitrio
cap. 5.

efficacissima vocatione converteretur, gratia Dei erat sola, qui sic, cum voluntas Pauli simul infuere? Audi rationem: Quia merita eius erant magna sed mala. Nempe manifestum est quod ideo sola gratia conversionem eius operata dicatur, quia ante conversionem nihil omnino Paulus cooperatus est boni, sive petendo, sive desiderando, sive quaqua ratione merendo, ut ei talis vocatio donaretur, sed eam sola gratuita proflus sine meritis gratia Paulo nihil boni operanti dedit. Vnde alio in loco: Quod

Epist. 107. (creare) ut fiat in eis oratio, oratur pro eis, quamvis non oratur ab eis.

Fulgent. lib. de mar. & grat. l. 30.

Hanc magistri sui doctrinam sanctus Fulgentius multis expressit locis, ut libro de incarnatione & gratia: Et hoc in parvulis salutis opus sine propria voluntate assensu gratia Dei operante perficitur, quod bona voluntatis exordio divinitus dato in maioribus inchoatur, ut opere SOLIVS GRATIAE voluntas qua mala sunt, doli fiat, & deinceps gratia SECVM operanti servitium obedientiae cooperatrici exhibeat. Quid ergo, an voluntas dum ex mala efficitur bona, operanti gratiae non cooperatur? Cooperatur plane Scholasticorum sensu, cum gratia scilicet concurrendo, sed non cooperatur, aliquo previo studio aut oratione bonam voluntatem sibi pariendo. Hoc enim eum velle, ex alio loco aperitissimum est: Ut noverimus omnes qui salvantur non nisi ex eius gratuita (nullis meritis aut orationibus acquirit) bonitate salvati. Quare obsecro? Vi enim quisque salvetur, nulla praecedunt humana voluntatis bona merita, sed SOLA Dei voluntas humana salvationis est causa. Qua phrasi etiam in eodem libro dicit: Sicut etiam ut caro vivat solus opus est anima; ita quoque ut homo credat, ubi involvitur bona voluntatis seu conversionis initium SOLIVS opus est gratiae. Et in libro de veritate praedestinationis & gratiae, de gratia preveniente quae proprie est operans: In nondum bene volente SOLA operatur exordium bonae voluntatis. Et rursum: Misericordia igitur preveniens cooperaturam sibi hominis voluntatem SOLA PRAEPARAT, id est, facit. Et in eodem opere aliquanto inferius, & scripturam qua dicit Paulus iam iustificatus, Gratia Dei necum, exponit: Præter igitur Paulus ex infideli factus SOLA gratia OPERATA est quomodo sola? qua aversum convertit, & infideli fidem cum infidelitatis suae merito fidem accipere non mereretur, attribuit. Ecce (SOLA) non excludit concursum voluntatis, sed meritum. Nam statim scriptum explicat: Atque ita voluntate quidem Paulus, id est, voluntate concurrente, creditur, voluntarie abundantius illis omnibus laboravit, sed & credere & laborare non posset, nisi desuper donum gratiae IN SE, ac SECVM operantis acciperet. Vbi quod dicit (IN SE) gratiam proprie operantem respicit, quae in homine fidem bonamque voluntatem, nihil petitorie aut meritorie cooperante, operatur; illud vero (SECVM) gratiam cooperantem, quia cum illa simul homo confert, ut diximus, studium suum. Quam distinctionem tam accuratam Fulgentius ex Augustino didicit, qui eum li-

lib. 1. c. 16.

lib. 1. c. 24.

lib. de veritate praedest. & grat. l. 97.

militer omne meritum humanum ad assequendam fidem totis viribus disputandi excludere fatigeret, simili modo dixit: opera quippe bona sunt ab HOMINE, fides autem fit IN HOMINE, sine qua illa a nullo sunt homine. Qui locus quorundam studia multum torlit, significat autem fidem a Deo solo in homine fieri, nihil videlicet voluntate hominis ad eam impetrandam petendo, merendove cooperante. Opera vero ab illo, studium desiderandi & petendi ex parte sua conferente.

His itaque de operantis gratiae natura praemissis, facile intelliguntur ea loca quibus praefati Patres gratiam operantem & cooperantem exprimit, & eorum officia quae supra diximus, depingunt. Quod videlicet operans est illa quae sola sine studio, sine oratione, sine merito hominis praecedente voluntatem seu velle operetur, per quod voluntas ex mala fit bona, & ex iniusta fit iusta. Cooperans vero quae homini iam volenti, conatque cooperatur, firmam illam augendo robotandoque voluntatem, ut id efficiat & perficiat quod voluerit, & conatur. De quibus Augustinus, cum praemisisset, quod ille qui vult facere dei mandatum & non potest, concupiscentia videlicet reluctante, iam quidem habeat voluntatem bonam, id est, ut explicat, charitatem, sed adhuc parvam & invalidam. Poteri eum magnam habuerit & robustam, ita in libro de Gratia & libero arbitrio clarissime loquitur: Parva & imperfecta (charitas seu bona voluntas Petro) non decuit, quando dicebat Dominus: Animam meam pro te pernam. Parvitas enim se posse quod se velle sentiebat. Et quis istam esse parvam dare experat charitatem, nisi ille qui pro aperat voluntatem & COOPERANDO perficit, quoniam OPERANDO incipit? Quoniam ipse ut velimus OPERATUR incipiens, qui volentibus cooperatur perficiens. Propter quod ait Apostolus: Certus sum, quoniam qui operatur in vobis opus bonum perficit in diem Christi Iesu. Vt ergo vel nati & NOBIS operatur, cum animum velimus & sic velimus ut faciamus NOBISCVM COOPERATUR. Tamen sine illo vel operante ut velimus, vel COOPERANTE cum volumus, ad bona pietatis opera nihil valeamus. De operante illo ut velimus, dictum est, Deus est enim qui operatur in vobis & velle. De cooperante illo cum iam volumus & volendo facimus, Scimus, inquit, quoniam diligentibus Deum omnia COOPERANTUR ad bonum. Quae est omnia nisi & ipsas terribiles saevasque passiones? Nihil evidentius quam gratiam operantem esse, quae cum ante nollemus, efficitur ut velimus; cooperantem, quae quando iam actu volumus, efficitur ut fortius velimus, ita ut superando quavis obstacula etiam re ipsa faciamus. Illam operari, ut quoquo modo voluntatem bonam seu velle quantumcumque infirmum atque imperfectum habeamus; hanc ut illa bona voluntas augeatur & roboretur. Non tantum ut ex inefficaci fiat efficax, sicut nonnulli volunt, sed ita ut etiam efficax, efficiatur fortior, atque ita fortior ut tandem omnibus amoribus & terroribus fiat insuperabilis; cuiusmodi sane non est quaelibet voluntas

Epist. 107.

lib. de pe. & in omni. cap. 17.

luntas

lantas bona, etiam efficax. Multae quippe efficaees voluntates, cum nulla tentatione pulsantur, saeviente tempestate franguntur atque superantur. Efficax enim erat voluntas Petri cum diceret, *Animum meum pro te ponam*, sed tenera & infirma; cum vero postmodum ad crucem diceretur, adulta ac robustissima. Nam quemadmodum planta & animalia paulatim crescendo ad iustam ducuntur magnitudinem, ita & voluntates: quae quidem per solam gratiam operantem, sine hominis labore praevio inchoantur, inchoatae vero per cooperantem gratiam ac studium hominis incrementum capiunt, adoleseunt, perfectaeque fiunt. Ex quo perspicuum est, cooperantem gratiam nunquam alicui respectu primae voluntatis bonae quando in eam erumpit potentia voluntatis (nam illa est solius gratiae operantis effectus) sed solum respectu bonae voluntatis postquam homo iam velle cepit, ut illud velle perseveret, augeatur, bonique operibus velut fructibus cumuletur. Unde alio loco contra Iulianum Augustinus: *Sinon praevenit (gratia voluntatem) ut operetur eam*, seu *PRIVS EXISTENTI voluntati gratia cooperatur, quem modo servum est, Deum in vobis operatur & velle*. Iulianus enim gratiam cooperantem voluntati bonae jam excellenti sine difficultate fatebatur.

Sed de illa operante & cooperante gratia proprie dicta, etiam sanctus Fulgentius distulit duobus locis quae paulo ante iam aliam ob causam allegavimus. Nam in libro secundo

A de Veritate praedestinationis & gratiae: *Prævenit misericordia liberum hominis arbitrium, dum in nondum bene volente sola operatur exordium bonae voluntatis: subsequitur dum bene volenti subministrat auxilium, ut bene operando perveniat ad bonae voluntatis effectum. Misericordia igitur praeviens cooperat: nam sibi homini voluntatem sola preparat: subsequens autem cooperantem sibi voluntatem iuvat.* Vbi cum cooperationem voluntatis humanae solummodo tribuit gratiae consequenti, clare indicat eandem solam gratiam consequentem esse cooperantem voluntati. Operans enim gratia sola velle operatur sine illa cooperatione voluntatis tali quam modo diximus. Quo etiam modo in libro de Incarnatione & gratia dicit: *Ut opere solus gratia voluntas qua mala sunt bona fiat, & deinceps gratia SE CUM OPERANTI, hoc est, cooperanti, servum obedientiae cooperatricem exhibeat.* Vbi perspicue docet nullam esse obedientiam hominis cooperatricem respectu gratiae cooperatricis, qua ex mala fit bona, sed solummodo respectu gratiae cooperantis; utpote qua simul cum homine cooperante modo iam superius explicato operatur. Cooperans enim cooperantem, veluti correlativum suum ita respicit: ut si gratia fit cooperans voluntati, necessario etiam voluntas gratiae cooperetur: Et è contrario, si sola gratia velle operetur, non possit voluntas ad istud velle cooperari. Quod quò pacto verum sit, iam ante satis diximus.

Lib. de Incarn. & grat. ser. c. 30.

CAPVT XVI.

Quid sit gratia excitans & adjuvans.

EX istem etiam quae de gratia praevanente & consequente distulimus, itaque de operante & cooperante satis perspicue elicit, quid de gratia excitante & adjuvante, sciri debeat. Nam & illas plerumque longe alio sensu recentiores accipiunt, quam à veteribus veteris gratiae divinitus intellectoibus ac defensoribus acceptae sunt. Quaequodmodum enim divisio gratiae praevanentis & subsequens, ex illa celebri controversia maxime innotuit, quae Catholici cum Pelagianis disceptabant, utrum gratia praevaneret omnem actionem voluntatis bonum, an neque meritum eius: an vero è contrario, gratia semper post meritum voluntatis, seu post eius velle sequeretur; hoc est (ut idem ipsius alia divisione exprimit) utrum gratia sic praevaneret velle voluntatis, ut operaretur illud, an è contrario gratia tali motui voluntatis praecedenti cooperaretur dumtaxat, illum consequendo & roborando: ita quoque divisio gratiae in excitantem & adjuvantem, eandem illam difficultatem tangit. Pelagiani enim volebant voluntatem ex se primo emergere, & per se excitari, & ex se ipsa bonum velle, cuius tamen motibus tanquam infirmis Deus subungeret ex isto merito gratiae adjuvantis auxilium. Catholici vice versa sentie-

bant, gratiam non tantum adjuvare, quando iam bonum voluit, sed etiam gratis excitare, ut bonum primitus velit. Quo fit ut in ista divisione excitatio gratiae non tam videatur esse quilibet incitatio vel provocatio ad actum, quae cuiuslibet gratiae competit, quam prima sulcitatio seu excitatio, seu emicatio sopitae, mortuae, extinctaeque volitionis seu voluntatis bonae, prout voluntas phrasi veterum volitionem seu motum voluntatis denotat. Quae phrasi etiam voluntas, hoc est, volitio seu propositum hominis tanquam infirmum adjuvari dicitur. Iuxta illud Pauli, quod de iam erudentibus & volentibus dixit: *Spiritus adjuvat infirmitatem nostram.* Quae quidem omnia luculente constant vel ex unica disputatione Sancti Augustini cum Iuliano & quibusdam Episcopis Pelagianis, quando asseruerant: *Non ex Dei potentia vel in malum vel in bonum iuvatum aliquem cogit: sed propria voluntate aut bonum facit aut malum.* Vbi de prima bona voluntate sermo est, quam si à gratia fieret excitante, coactam fore calumniabantur: *In bono vero opere iam volentis hominis, à Dei gratia semper ADIUVARI; in malum vero diaboli suggestionibus vitari.* Adversus ista Pelagianorum verba sic scribit Augustinus, ut quid inter gratiam excitantem & adjuvantem sit discriminis,

Lib. 1. ad Bonif. c. 18.

lib. 1. c. 19.

minis, nosceremus: Vos, inquit, in bono opere sic putatis adjuvari hominem gratia Dei, ut in excitanda eius ad ipsum bonum opus voluntate nihil eam credatis operari. Quod satis ipsi tua verba declarant: Cur enim non dixisti, hominem Dei gratia in bonum opus EXCITARI, sicut dixisti, In malum diaboli suggestionibus INCITARI? Sed dixisti, In bono opere à Dei gratia semper ADIVVARI, tanquam sua voluntate, nulla Dei gratia bonum opus aggressus, in ipso iam opere divinitus ADIVVETVR. pia meritis videlicet voluntatis seu volitionis bonæ, ut reddatur debita gratia, non ducitur indebita, ac sic gratia tam non sit gratia. Ac mox ex exemplo divi Pauli probans homines live ullo merito repentina & gratuita vocatione converti, ipsamque malam voluntatem mutari in bonam, non interrogando sed instando adiecit:

lib. 2.

Vitam iam volenti credere pro meritis bonæ voluntatis hoc datur, an potius ut credat, ipsa voluntas, sicut Pauli de oper EXCITATVR, etiamsi tam sit aver- sus à fide, ut credentes etiam persequatur? Ecce manifestum est gratiam non tantum adjuvare hominis propositum postquam fuerit, & bonum opus aggressus sit, sed ipsam desuper excitare seu dare volitionem ut aggredi possit, quod Pelagiani fatari recusabant.

Ephes. 5.

In Psal. 62.

Nam ut istam excitandi significationem adhuc planiorem faciamus, alijs quoque locis eodem sensu verbum istud Augustinus usurpat. Nam de peccatorum ad vitam revocatione, velot excitatione à somno illo lætifero ad vigilandum in Deo, loquens juxta illud Apostolicum quod allegat: Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus, ita loquitur: Apostolus excitabat animam dormientem, quando ad hoc eam excitabat, ut illuminaretur à Christo. Ergo secundum ipsam vigiliam dicit iste, Deus Deus meus, ad te de luce vigilo. Non enim vigilares in te, nisi oriretur lux tua quæ te de somno EXCITARET. illuminat enim animas Christus: & facit eas vigilare. Et in alio Psalmo naturam gratiæ excitantis explicans, hoc est prævenientis meritum & suscitantis mortuam voluntatem ut

In fine canon. lib. 1. c. 58.

velit. Non ego prior ad te exsurrexi voluntate, sed tu ad me EXCITANDVM venisti. Nam misericordia eius præveniet me. Antequam aliquid boni ego facerem, misericordia eius præveniet me. Quid hic respondebit infelix Pelagius? Et in Psalmum octogessimum-septimum iterum coniungens gratiam, quæ omnia merita prævenit, & eam quæ idcirco excitat mortuam voluntatem ut bonum velit: Quomodo crederem nisi audirem? Sed ut auditu crederem ipse me attraxit, quia in occulto à morte cordis non quilibet me ducit, sed ipse EXCITAVIT & c. ac per hoc nec credere potuissem, nisi me Dei misericordia PRÆVENISSET, & quia mortuos suscitavit, & vocat eam quæ non sunt tanquam ea quæ sunt, me in occultis vocando, & suscitando & trahendo, à tenebris eduxisset & ad lumen fidei perduxisset. Et in Psalmum centesimum-seximum excitationem Dei propriè usurpat, quando

In Psal. 106.

Deus hominem incredulum nihil putantem aliud esse post hanc vitam, sordidem obrutum cor habentem illecebris mundi, & multis feris delectationibus consopitum prævenit, ut inquit, EXCITETVR iste ad

quærendam gratiam Dei, ut fiat felicitus, & tanquam de somno erigetur. Nonne manus Dei EXCITAVIT eum? Sed à quo sit excitatus ignorat. Et postea ponit respectu hominis iam volentis adiutorium seu gratiam adjuvantem. Et sermone nonagesimo-quarto de tempore, objectionem retundens Pelagianam, quibus maxime excitans gratia displicebat: Sed voluntas, inquit, Pelagianus quisquam, bona mea est. Fateor tua, 94. c. 3. sed & ipsa à quo data? A quo EXCITATA? Et sanctus Fulgentius probans hominum voluntates primas non expectari ut ex hominis conatu emicent, sed per gratiam prævenientem & excitantem ex nolentibus volentes fieri: si Fulgent. lib. 1. c. 1. ergo, inquit, ad salvandos homines, sicut isti volunt ut innotuit, non EXCITAT neque mutat, sed expectat bonorum voluntates quomodo infantibus donat aternam salutem & c. Vbi semper EXCITANS GRATIA non nisi respectu primæ voluntatis commendatur, quæ per eam tanquam omnes liberi arbitrij bonos motus prævenientem excitatur & creatur, sicut ignis è silice excitari dicitur, ubi nullus ante fuit.

Quemadmodum igitur hæc propriè vocatur EXCITANS, quæ bonum voluntatis motum in potentia voluntatis excitat, ubi non erat nisi malus, vel quæ excitat potentiam voluntatis mortuam sopitamque Deo, ut accepto bene volendi motu incipiat vivere & vigilare; ita ADIVVANS illa propriè ab Augustino & Patribus vocatur, quæ jam excitato, acceptoque bonæ voluntatis motu, hominem iam volentem conanteque adjuvat, ut vel efficiat quod voluerit, vel ut fortius velit quod velle cepit, carnisque concupiscentiam acceptæ voluntati pertinacissimè resistentem superet. Quam adjuvantis gratiæ proprietatem, & apud Pelagianos & Catholicos confellam indubitataque fuisse, plurimis Augustini demonstratur locis, in quibus semper adiutorium Dei respectu infirmæ voluntatis seu volitionis, hoc est, respectu propositi hominis iam conantis sed non satis potentis prædicatur: Dixisti tu Iuliane, inquit Augustinus, hominem in bono opere à Dei gratia semper adjuvari tanquam sua voluntate, nulla Dei gratia bonum opus aggressus, in ipso iam opere divinitus ADIVVETVR. Quem adjuvandi voluntatis modum non reprehendit sed probat Augustinus, quamvis excitandæ voluntatis abnegationem improbet. Et in secundo ad Bonifacium libro, Pelagianorum Antititulum verba sunt: Gratiam adjuvare uniuscuiusque bonum propositum, non tamen reluctanti, sed dum virtutis immutere, hoc est, non facere ex nolente volentem, per quod excitantem gratiam, admissa adjuvante, negant. Nam eorum sensum explicans paulo post: Hoc ita dicit, inquit, velut homo à seipso sine adiutorio Dei habeat propositum bonum studiumque virtutis, hoc est, bonam voluntatem, quo merito præcedente dignus sit ADIVVARI Dei gratia subsequente. Et paulo superius alio vocabulo gratiæ adjuvantem vocat, gratiam perficiendi, prout opponitur gratiæ inchoandi, quæ non est nisi excitans, seu præveniens: Isti volunt in homine ab ipso homine incipere cupidi.

lib. 2. ad Bonif. c. 10.

lib. 1. c. 1.

cap. 1.

capitulum boni, hoc est, voluntatem bonam, ut huius capti meritum PERFICIENDI GRATIA consequatur, hoc est, gratia, qua ut perficiant bonum quod cupiunt, ADIVVANTVR. Et in libro quarto ad Bonifacium: Pelagianus dicitur

lib. 4. ad Bonif. c. 11. ab homine incipere meritum per liberum arbitrium, hoc est incipere propositum bonum, ut supra vidimus, cui Deus subsequens gratie tribuat ADIVVANTVM. Et libro quarto contra Iulianum: Nam & studium sanctitatis sine adiutorio Dei, vultis in hominis voluntate precedere, quod merito Deus debeat ADIVVARE non gratis. Quibus locis evidenter constat Pelagianos illam gratiam proprie ADIVVANTEM propositi seu voluntatis, seu ut Scholastici loqui solent, volitionis infirmam concessisse. Nec in ista confessione reprehendit eos Augustinus, sed potius semper calculo suo probat, quamvis improbet quod illam solum exclusa illa, quae voluntatem excitaret, hoc est, quae ex nolente volentem faceret, faterentur; quasi voluntas bona per se conatu hominis fatigante emergeret, eoque merito Deus gratiam istam proprie ADIVVANTEM largiretur. Nam in eodem libro quarto ad Bonifacium, prolatis eorum verbis quibus dicebant, quod gratia adjuvaret uniuscuiusque bonum propositum, sic subiungit sententiam suam: Hoc sine scrupulo accipereur

lib. 4. ad Bonif. c. 6. Catholice dictum si non in bono proposito meritum ponerent &c. sed intelligerent & considerent etiam ipsum bonum propositum, quod consequens ADIVVAT gratia, non esse potuisse in homine si non precederet gratia. Et in libro secundo eisdem lucubrations: Homini autem propositum bonum ADIVVAT quidem subsequens gratia, sed nec ipsum esset nisi precederet gratia. Et rursum: Studium quoque hominis quod dicitur bonum quamvis cum esse caperet ADIVVETVR, non tamen incipit sine

lib. 4. ad Bonif. c. 4. gratia, sed ab illi inspiratur &c. Et in libro tertio: Tempore igitur veteris Testamenti Spiritum sanctum non solum ADIVVATOREM (quod isti suo doctriam suscipere existimant) verum etiam largiorem dixerunt fuisse virtutis, quod isti negant.

Hanc esse adiuvantis gratiae proprietatem ut respiciat studium hominis, postquam iam esse cepit, mutatamque in melius voluntatem, plurimis alijs testimonijs sancti Augustini ostendi potest. Nam hoc indicat illud quod breviter ad eundem Bonifacium, quasi Catholico aphorismo scripsit: Libitum arbitrium captivatum non nisi ad peccatum valet, ad iustitiam vero nisi divinitus liberatum ADIVVANTVM non valet. Liberans enim gratia denotat illud auxilium quod efficit primam voluntatis mutationem a mala in bonam, cum ex nolente sit volens, & a diabolo eam captivante liberatur; adjuvans vero illud iam volentis voluntatis adiutorium quo imbecillitas ejus luendo contra concupiscentias & vitia adjuvatur. Sic enim hanc phrasim suam in libris Retractionum explicat: Voluntas ergo ipsa nisi Dei gratia liberetur a servitute qua facta est, serva peccati, & ut vitia superet ADIVVETVR, recte pieque vivi a mortaliibus non potest. Et hoc divinum beneficium quo liberatur, nisi eam PRÆVENIRET, iam meri-

tu eius daretur. Et clarissime in libro de gratia & libero arbitrio: Quae gratia voluntas humana non tollitur, sed ex mala mutatur in bonam, id est ex nolente fit volens, & cum bona fuerit ADIVVATVR. Hoc indicat etiam id quod in libro de gratia Christi scripsit: Facit homo arborem bonam (hoc est, voluntatem bonam) cum Dei accipit gratiam, sed etiam ut faciat fructum bonum, eadem gratia necesse est ADIVVETVR. Ipse quippe in bonis arboribus, hoc est hominibus iam habentibus bonam voluntatem, COOPERATVR fructum qui per se dat intrinsecus incrementum. Hoc in Epistola ad Hilarium: Tubet ideo ut facere iussa conati & nostra infirmitate sub lege fatigati, ADIVTORIVM gratiae poscere noverimus, & si quid facere poterimus operis boni, et qui ADIVVAT non sinis ingrati. Et paucis utque infra iterum: Neque enim voluntatis arbitrium ideo tollitur, quia iuvatur, sed ideo iuvatur, quia non tollitur, hoc est, quia iam actu supponitur velle quamvis infirmum. Hoc enim probat id quod subiicit: Qui enim Deo dicit: Adjuvor meus esto, confitetur se velle implere quod iussit sed ab eo qui iussit ADIVTORIVM poscere, ut possit. Sic & ille cum se retentum esse posse continentem nisi Deus det, adgit Dominum & deprecatus est, utique volens adgit, volens deprecatus est, nec petisset nisi esset voluntas, sed nisi petisset quantum posset voluntas. Nihil clarius quam ADIVTORIVM proprie esse respectu voluntatis iam volentis conantisque, sed adolescentis adhuc & infirmam, quae ut possit id quod voluit, gratia debet adjuvante roborari. Quod etiam agit in sermone decimotertio de verbis Apostoli quando dicit: Ipsum Sermon. 13. de nomen ADIVTORIS praescribit tibi quia & in ipse verb. Apost. aliquid agis. Agnosce quid poscas. ADIVTOR meus esto. Nemo adjuvatur, si ab eo nihil agatur. Hoc indicat & illud in Enchiridio ad Laurentium: Deus voluntatem bonam (id est volitionem seu propositum hominis bonum) & praeparat adjuvantem, & adjuvat praeparatam. Hoc idem indicat & illud in Epistola centesima trigesima-tertia ad Pamachium, qui Donatistas ad unitatem Ecclesiae revocaverat, quando agit gratias Deo, quo, inquit, inspirante hoc voluisti, & quo ADIVVANTE potuisti. Et in Epistola decimum-octavam: Domine adjuvor meus tendens ad te, nempe adepta iam bona voluntate qua quis convertitur ad Deum, quoniam redemptor meus es tu, ut tenerem ad te. ne quisquam vel sapientia sua tribuens, quod ad te convertitur, vel viribus quod ad te pervenit, magis repellatur abs te. Vnde in Psalmum trigessimum secundum dicit, quod Deus adjuvor noster est, dum conatur ad eum. Et in Psalmum septuagesimum cantat magnitudinem Dei, cum peccassem inquit, quia renovasti cum convertere essem, mutata videlicet iam voluntate, quia ADIVVIS TI, cum perseverassem quia coronasti. Et in Psalmum octogessimum-nonum dicit ADIVVARI volentis fidem. Hoc indicat & illud in sermonibus de verbis Apostoli: Non sufficit ut velis, ADIVVANDVS ES: ut plene velis, & impleas quod velis. Ex quibus profecto & in ipsomet pluribus quae adhiere possent, perspicuum est, gratiam

ADIV-

ADIV-

ADIV-

ADIV-

ADIV-

ADIV-

ADIV-

ADIV-

ADIV-

ADIV-

ADIV-

ADIV-

ADIV-

ADIV-

ADIV-

ADIV-

ADIV-

ADIV-

ADIV-

ADIV-

ADIV-

ADIV-

ADIV-

ADIV-

ADIV-

ADIV-

ADIV-

ADIV-

ADIV-

ADIV-

ADIV-

ADIV-

ADIV-

ADIV-

ADIV-

ADIV-

ADIV-

ADIV-

ADIV-



ADIVVANTEM propriè locum habere respectu hominis jam volentis, studentis ac fatigentis bene vivere & cum concupiscentijs dimicare. Nam nisi infirmitas voluntatis adjuvetur, nihil eorum quæ voluit perficere potest, juxta illud Augustini in Psalmos: *Bene facit Dominus aversum convertere, pugnantem ADIVVARE, vincentem coronare.* Et illud in fragmentis sermo-
In Psal. 149.
Fragm. 1. nom de præcepto continentis: *Contine teipsum, iussio est, præcepto est, audiendum est, faciendum est: sed nisi Deus ADIVVET remanemus. Conamur quidem facere voluntate, & nititur aliquid voluntas, non presumat potestas, nisi ADIVVETUR infirmitas.*

Nec solius Augustini doctrina ista de gratia adjuvante propriè dicta respectu voluntatis jam volentis, currentis luctantisque fuit, sed eam sexcentis locis sanctus Fulgentius discipulus ejus expressit. Nos paucis ejus testimonijs contenti erimus. Nam in libro de Incarnatione & gratia: *Cuius gratia nobis & in-*
Lib. de Incarnat. & grat. v. ult.
inim bonæ voluntatis donatur ad fidem, & ipsi voluntati ADIVVATORIUM tribuitur, ut quod bene vult bene operetur. Adjuvando videlicet infirmitatem ejus, ne in conatibus suis imperfectis cassa maneat & inanis. Et in libro de veritate præd-

inationis & gratia: *Bonam voluntatem ipse gratis præparat, prædestinando, prout ipse loqui solet; gratis donat; ipse ADIVVAT, ipse consummat.* Et mox ait homines divina iustificazione preveniri, & ut accepta bona voluntate non deci-

dant, OPITVLATIONE Dei, id est gratia opitulante seu adjuvante, profectum eus vel perseverantiam tribui. Et iterum in eodem libro paulo post: *Ipsè enim & gratiã voluntati humana bonitatem donat, hoc est tribuit primam bonam voluntatem, & bonam voluntatem in operibus ADIVVAT.* Et iterum: *Qui & voluntatem parentum EXCITAT, ut scilicet velint, & volentibus ADIVVATORIUM donat.* Et adhuc aliquibus inter-

jectis: *Ideo enim in nobis gratia Dei bonam & sic voluntatem, ut habeat quam in nobis ADIVVET, non solum volentem sed etiam operantem.* Multa ex eodem Sancto pro ista veritate, quam constanter tradit produci possent, si ista non sufficerent. Quibus consentit ad unguem sanctus

Bernardus, quando in libro de gratia & libero arbitrio dicit: *Conatus liberi arbitrii ex se sunt ad bonum si non ADIVVANTUR, nulli, si non ADIVVANTUR.*

Ex istis, quantum arbitror, liquidissimè patet, excitantem gratiam propriè respectu bonæ voluntatis esse statuendam, quatenus eam Deus gratia præveniente largitur, adjuvantem vero postquam jam bonæ voluntas homini data est qua jam cœpit velle recte vivere, proficere, permanere, rebellesque cupiditates GRATIA SVBSEQUENTE superare. Nam gratiam adjuvantem seu opitulantem non esse aliam quam illam jam supra dictam SVBSEQUENTEM, hoc est, quæ bonam voluntatem sequitur, tum ex prædictis manifestum est, tum disertis verbis idem sanctus Fulgentius docet: *Omne igitur bonum voluntatis & operis tunc potest esse potest homini si prævenientis gratia largiatur de-*
meffe potest homini si prævenientis gratia largiatur de-
tur eiusdemque gratia subsequente opitulatione, id est.
 est gratia adjuvante servetur. Et in libro secundo ejusdem operis: *Voluntas qua in nobis dono Dei miserantis efficitur, ipsa tibi nobis ut bene operari valeat ADIVVATUR.* Et: *Sicut ad surgendum beneficio misericorditer prævenientis erigitur, sic ad perseverandum misericorditer subsequenti iuvamine custoditur.* Et post multa: *Non autem præveniendo illuminaretur arbitrium, seu voluntas, si non esset: nec subsequendo ADIVVARET, si illuminatum ad aliquid sibi bonæ cogitationis aut operis esse posset idoneum.* Et respectu ad gratiam excitantem seu prævenientem, itemque adjuvantem seu consequentem referri debet, quod ibidem breviter dicit: *Sine dono atque ADIVVATORIO Dei, nunquam potest bonum velle vel facere.* Donum est enim excitantis & prævenientis gratia qua velle donatur; adiutorium adjuvantis & subsequentis qua velle juvatur & custoditur. Et post multa iterum atque iterum eandem doctrinam inculcando inter cetera dicit, quod gratia voluntates hominum malis præveniendo mutat in bonas, ut impij & iniqui peccata dimittat: eademque bonas voluntates ADIVVANDO SVBSEQUITUR. Sed ad istas divisiones ex mente veterum percipiendas, ista plus quam satis.

CAPVT XVII.

Sensus multorum Scholasticorum in explicandis gratiarum divisionibus à sensu Patrum quam diversus sit.

Quæ cum ita sint, jam facile intelligit consequenter prudens lector, quam procul illi Scholastici, quos capite primo demonstravimus, ceterique non pauci qui cum ipsis eandem de divisionibus istis doctrinam tradunt, à mente veterum Patrum aberraverint. Nempe in nullo membro trium istarum divisionum, sensum eorum attingere, sed quas Patres illi prævenientes, isti e jam consequentes nominant; quas illi consequentes, isti prævenientes.

Quas illi operantes, isti cooperantes; quas illi cooperantes, isti operantes. Quas illi excitantes, isti adjuvantes; quas illi adjuvantes, isti excitantes. Ita enim omnia confusa sunt, ut Augustinum ac discipulos ejus, unde vera intelligentia divisionum istarum petenda erat, nec legisse videantur. Quod non est difficile breviter perspicuèque patefacere. Nam Scholastici illi prævenientes gratias & operantes & excitantes, omnes illas esse putant, quæ potentie voluntatis sive volenti sive jam volenti, sive

sive averſa ſive iam converſa, ſive infirma ſive perfectæ ad volendum actû faciendumq; præviè tribuuntur. Ex quibus tamen ſola illa præveniens, operans, excitans, in antiquorum ſenſu eſt, quæ ex nolente volentem, ex averſam converſam, ex injuſta juſtam facit. Subſequentes vice verſa, cooperantes, ac ſubſequentes Scholaſtici nominant gratias illas omnes, quæ poſt indeliberatos motus voluntati inaniſſos in efficiendum conſenſum voluntatis, ſive primum, ſive quolibet alios per totam vitam cum ipſa potentia voluntatis influunt & concurrunt. Cum tamen Patres nullas gratias ſubſequentes, aut cooperantes, aut adjuvantes vocent, quæ cum potentia voluntatis ſeſe primum à tenebris ad lumen, à creatura ad creatorem, ab injuſtitiâ ad juſtitiâ convertentes, ſive præveniendò, ſive comitando ac ſimul influendo concurrunt. Omnis enim iſta gratia, qualiſcumque fuerit, ſive eadem omnino cum ea quæ potentiam voluntatis prævenit eam excitando, ſive diverſa, non niſi prævenièns, operans, excitans dicitur: Omnis alia quæ volentibus & currentibus datur, ſive præviè incidat ſuſcitando voluntatem, ſive ſimul in conſenſum influendo concurrat, ſubſequens, cooperans, & adjuvans appellatur. Diſtinctio enim iſta gratiarum iſtarum, quam Scholaſtici invenierunt: ut reſpectu ejuſdem conſenſus voluntatis, una vocetur prævenièns, operans, excitans, quæ videlicet conſenſum præcundo, potentiam voluntatis excitet & quali gravidam faciendò, ad præſtandum ip-

ſum conſenſum præparet; alia vero ſeu ipſa eadem, quatenus cum eadem voluntate ſimul in iſtum conſenſum aut actum influat, ſubſequens, cooperans, adjuvans nominetur, antiquis iſtis Patribus incognita eſt. Nam ſive præparet ad conſenſum, ſive ſimul influat in conſenſum, ſemper ab eis dicitur ac dici debet prævenièns, operans, excitans. quando primo bonam voluntatem nolentibus donat: & vice verſa, ſemper ſubſequens, cooperans, adjuvans dicenda eſt, quando arbitrij jam volentis comitum ſubſequendo, & cooperando adjuvat. Etenim in iſtorum Patrum ſcriptis doctrinaque inauditum eſt, veram gratiam Chriſti, hoc eſt gratiam quam præter intellectus illuſtrationes ad ſectendam emolliendamque voluntatem Chriſtus per crucem ſuam hominibus dedit, ita in potentia hæere voluntatis otioſam, ut alia ſit opus gratia, quæ potentia voluntatis ad conſenſum præſtandum adjuvetur; ſed illa ipſa gratia quæ potentiam voluntatis ad agendum præcundo ſuſcitat in conſenſum influendo (eo modo quo gratia influere debet) cum ipſa voluntate concurrat, idque tam reſpectu primi motoris bonæ voluntatis, quam omnium tota vita ſubſequentium, pariter locum hæbet. Nec enim alia de cauſa gratia Chriſti reſpectu voluntatis datur, niſi ut ad conſenſum elicendum ſimul cum voluntate influente concurrat, quod ſine prævia potentia excitatione ſeu ſuſcitatione & quali præparatione fieri nequit.

CAPVT XVIII.

Gratia prævenièns, ſubſequens; operans, cooperans; excitans, adjuvans; generalius quandoque uſurpantur à Patribus, ſenſu tamen etiam à Neotericis diverſo.

HOC tamen etiam fatendum eſt, antiquos illos Patres, etſi, quando illas gratias prævenièntem & ſubſequentem, operantem & cooperantem, excitantem & adjuvantem tanquam oppoſita membra dividunt, ſic eas accipiant ut diximus, alias tamen quando de iſtarum diviſionum proprietate non curant, ſed ſolam iſtorum nominum ſequuntur Etymologiam, in ſignificatione longè latiori iſta vocabula uſurpare. Ex quo fit ut prævenièns gratia ſubinde accipiatur pro omni actuali gratia, quæ in hac vita datur, non ſolum ut velimus aut credamus, ſed etiam ut bene divinatorum mandatorum obſervatione vivamus. Et ſic opponitur gratiæ ſubſequenti in altera vita: Prævenit autem gratia, inquit Auguſtinus, ut ſanemur, quia & ſubſequetur, ut etiam ſanati vegetemur. Prævenit ut vocemur, ſubſequetur ut gloriſicemur. Prævenit ut piè vivamus, ſubſequetur ut cum illo ſemper vivamus. Vbi vides quod ſanari & piè vivere tri-

buantur gratiæ præveniènti, cum utrumque per totum decurſum præſentis vite duret; unde ei opponitur vegetatio jam ſanati hominis & perpetua vita cum Deo, hoc eſt, prout in ſecundo membro dicit, glorificatio. Hoc etiam ſere modo Synodus Tridentina prævenièntem gratiam generatim accipit quando dicit: Si quis dixerit ſine prævenièntie Spiritus ſancti inſpiratione atque eius adiutorio hominem credere, ſperare, diligere, aut poenitere poſſe ſicut oportet. Nam & ſperare, & diligere, & poenitere præveniènti gratiæ aſcribuntur. Quanquam, ut verum fatear, etiam propriè hoc loco accipi poſſit; quemadmodum & ille locus Concilij Arauſicani, non minus propria quam generali ſignificatione accipi poſſit: Ut nullus poſtea aut diligere Deum ſicut oportet, aut credere in Deum aut operari propter Deum, quod bonum eſt poſſit, niſi gratia cum & miſericordia divina prævenierit. Generalis enim erit ſignificatio, ſi gratia etiam illa per quam operamur, prævenièns appelletur: ſpeciali,

Trid. ſeſſ. 6
cap. 3.

Conc. Arauſ.
cap. 25.

specialis vero, si tantummodo significetur ne-
minem bene operari posse, nisi antea eum gra-
tia divina praverit, ex nolente volentem
faciendo. Nam de gratia operum nulla cum
Semi-Pelagianis erat quaestio, sed tantummo-
do, an illi etiam qui bene per gratiam Dei
operantur, alia gratia iam antea eis bonam
voluntatem tribuente debuerint praveriri; ita
videlicet ut non ipsi Deum, sed ipsos Deus mi-
sericorditer praverit.

Eadem significationis generalitas nonnun-
quam in gratia operante & cooperante reperit-
tur. Operantem enim, juxta vocabuli sacri-
tudinem, vocant aliquando omnem gratiam,
quae aliquem actum quemcumque in volun-
tate vel cum voluntate operatur, quemadmo-
dum in isto novissimo Pauli Apostoli loco su-
mitur: *Deus est enim qui operatur in vobis & velle*
& perficere, seu ut Augustinus subinde legit,
operatur in vobis & velle & operari. Similiter
generalis usurpatio est, quando dicit quod *vitium*
(superbia) nisi operante gratia sanatur, in ista pace
nemo persequitur. Respicit enim ad pacem in
aeterna vita, antequam tota superbia per gra-
tiam operantem sanari debet. Tunc autem
gratia operans non opponitur cooperanti, sed
absolute sumitur.

Nec dissimiliter cooperans gratia latissime
usurpatur, prout omni omnino gratiae etiam
praverenti & excitanti & operanti competeit,
quatenus non sola consensum voluntatis, sed
una cum ipsa voluntate concurrente & con-
fluente operatur. Cujus usurpationis plura
occurrunt testimonia. Ut quando dicit libro
de gratia Christi: *Non significans possibilitatis*
proficium sed cooperationis effectum. Et in eodem
libro factus Ambrosius: *Virtus Dei virtus, id*
est gratia, studijs cooperatur humanis, et nemo possit
adificare sine Domino, nemo custodire sine Domino,
nemo quicquam incipere sine Domino. Ecce Dei
virtus ubique, id est, in omnibus operibus coo-
peratur, ita ut nec incipere possit homo sine
Domino, id est, gratia cooperante. Nam si-
cut in omni actu voluntatis, etiam illo primo
quo ex nolente fit volens, & ex infideli fidelis,
voluntas cooperatur gratia, juxta illud Augu-
stini: *Hoc opus credendi operatur in nobis non utique*
sine nobis. Et illud alibi: *Sic Deus in nobis opera-*
tur ut & nos operemur; ita vice versa gratia qua-
libet, unquam etiam illa prima, quae operans pro-
priae dicitur, cooperatur voluntati.

Denique gratia excitans nonnunquam, ad-
juvans vero sexcentis locis, ita generaliter
usurpatur, ut omni prorsus gratiae actuali com-
petat. Omnis enim hoc ipso quo potentiam
voluntatis tangit, excitans dicitur: omnis
item hoc ipso quo potentiae voluntatis ad
actum naturales vires excedentem, etiam pri-
mum quo convertitur ad Deum, suum auxi-
lium praebet, adjuvans nuncupatur. De exci-

tante in ista diffusa significatione dicit Augu-
stinus: *Quid enim debet esse incunctus pigris gratia*
qua excitantur? De adjuvante in Epistola ad
Sixtum: *Spiritus aliter adjuvat nondum inhabitans,*
aliter inhabitans, nondum inhabitans adjuvat ut sint

fideles, inhabitans adjuvat iam fideles. Et ad Pau-
linum: *In is qui salvi sunt adiutor Deus operatur*
& velle & operari. In libro de gratia Christi
improbat id quod Pelagius assererat, quod
Deus non adjuvat ut velimus. Et in Epistola ad
Iulianam: *Proprimum arbitrium nisi Dei gratia in-*
vetur, nec ipsa bona voluntas esse in homine potest.
Et in libro secundo de peccatorum meritis &
remissione: *Etiamsi ut convertamur ipse adjuvat.*
Et multo inferius: *Quod vero ad Deum nos con-*
vertimus, nisi ipso excitante & adjuvante non possu-
mus, & haec est voluntas bona. Quem locum Con-
cilium Tridentinum videtur expressisse vel
imitatum esse quando sessione sexta dicit: *Ut*
per eius excitantem atque adjuvantem gratiam ad
convertendum se &c. disponantur. Unde & in se-
quenti capite: *Disponantur autem ad ipsam iusti-*
tiam dum excitati divina gratia & adiuti fidem ex
auditu concipientes, liberè moventur in Deum. In
his omnibus locis adjuvans gratia adhibetur
homini, non solum postquam voluit atque credi-
dit, quemadmodum solet quando proprie
usurpatur, sed etiam ad primam eius conversio-
nem, ut velit & credat.

Omnes tamen istae latiores significationes
gratiae praverentis & subsequenter, operantis
& cooperantis, excitantis & adjuvantis, quam-
vis ad mentem Scholasticorum supra exposi-
tam non nihil accedere videantur, ab ipsorum
tamen sensu multum differunt. Nam ipsi coo-
perantes & adjuvantes gratias ita respectu
primae conversionis, seu primae bonae volun-
tatis adhibent, ut eas etiam tunc distingui pu-
tent, velut opposita divisionis membra contra
operantem & excitantem. Nam operantem
& excitantem esse putant gratiam, quatenus
potentiam voluntatis incitant atque prepara-
nt: cooperantem & adjuvantem, quatenus
vel ipsae vel aliae re ipsa in actum voluntatis
influunt. Augustinus vero est contrario, ead-
dem illas gratias operantem & excitantem,
vocat cooperantem & adjuvantem respectu
concurrentis voluntatis. Non enim aliud est
officium gratiae quo cooperatur voluntati
eandemque juvat, quam quo operatur & excitat,
utpote quae non nisi operando in voluntate &
excitando cooperatur & juvat; & est contrario,
non nisi cooperando operatur & excitat: *Sic*
enim Deus operatur ut & nos operemur, inquit Au-
gustinus, hoc est, ut nos cooperemur; & con-
sequenter sic Deus operatur, ut nobis coope-
retur. Idem iudicium est de gratia operante &
excitante. Nam etiam quando illa usurpan-
tur generaliter pro omni gratia qua per totam
vitam voluntas praveritur, non opponuntur
tunc gratiae cooperanti & adjuvanti, sed usur-
pantur absolute, & ipsaemet illae gratiae quas
operantes & excitantes vocat Augustinus, sunt
illae quae proprie etiam adjuvantur cooperan-
tur voluntati. Nam ut supra etiam diximus,
distinctio ista duarum gratiarum respectu
unius & ejusdem consensus seu actus cujus-
cumque voluntatis, sive primi respectu con-
vertentis sese voluntatis, sive proficientis, sive
perfectae, quarum una vocetur operans, excitans,
prave-

Ad Philip. 2.
Lib. de grat.
Christ. c. 25.
& alijs locis.

Ibid. c. 29.
apud Aug.
cap. 43.

Tract. 72.
in 1040.

Epist. 106 ad
Paulin.

Epist. 105 ad
Sixtum.

Epist. 106.

Lib. de grat.
Christ. c. 5.
Epist. 143.
ad Iul.

Lib. 2 de pecc.
meritis c. 5.
cap. 18.

Cane. 7. tit.
sess. 6. can. 5.

cap. 6.

Handwritten marginal note:
L. de grat. c. 25.

præueniens, prout à Deo venit inciditque in potentiam voluntatis, altera quatenus eum voluntate concurrat, non ab antiquis auctoribus fluxit, sed eam subtilitas Philosophiæ peperit. Vereres enim auctores siue vocabula gratiarum usurpent specialiter, iuxta primum sensum supra datum, siue generaliter iuxta secundum, non agnoscent nisi unam gratiam respectu consensu voluntatis, ita videlicet, ut in primo sensu gratia præueniens, operans, excitans, nunquam possit esse subsequens, cooperans, adiuuans; quia ista respiciunt diversos actus voluntatis. Veruntamen illa eadem gratia præueniens, operans, excitans, ad hoc ut re ipsa voluntas eis præuenta & excitata consentiat, non habent aliam adjunctam gratiam, quæ ad eundem actum, iuxta phrasim Scholasticorum, adjuuet & cooperetur. Nam illa ipsa gratia præueniens, operans, excitans istud officium præstant, quandoquid non nisi propter istud ipsum tribuantur: ita videlicet ut sint simul præueniens, operans, excitans, iuxta primum sensum Patrum, & subsequens, cooperans, adiuuans iuxta sensum Scholasticorum.

A Nam quod ipsi putant contingere nonnunquam ut gratia Christi reuera sit præueniens, operans, excitans, & tamen eadem non sit subsequens, cooperans adiuuans defectu videlicet voluntatis, quæ gratiæ præuenienti consentire detrectat, iam supra satis excussum rejectumque sunt. Gratia enim Christi, iuxta dogma à sancto Augustino constanter traditum, a nullo duro corde respuitur. Ideo quippe tribuitur ut duritia cordis primus auferatur. Vnde quæcunque gratia defectu voluntatis effectu caret non est illa Christi gratia, de qua disputamus, sed sub lege atque doctrina comprehenditur. Christus enim ea de causa mortuus est, ut ceteræ quæcunque gratiæ, siue in intellectu, siue in voluntate, siue in sensibus collocentur, quæ propter duritiam voluntatis rebellesque carnis concupiscentias effectu carebant suo, ad operandum emollita flexaque voluntate rapiantur. Qua de re superius satis diximus. Et inde nascitur quod nulla Christi gratia, iuxta doctrinam istorum Patrum, præueniat operandoque excitet voluntatem, quin simul voluntati, phrasi in Scholis usitata, cooperetur, eamque vicissim cooperantem adjuuet.

CAPVT XIX.

Gratia præparans voluntatem quid sit, & quomodo secus ab Augustino quam à Scholasticis quibusdam intelligatur.

E X eadem vena fluit, quod illam gratiam, quæ præparatur voluntati à Domino, quæ tantopere à sancto Augustino decantata est, non rectè recentiores intelligunt. Putant enim significari gratiam aliquam quæ potentia voluntatis quodammodo proximè præparetur, ut in actum influat, ita videlicet ut voluntas à Domino præparata sit, quamvis nullus consensus ejus consequatur; quemadmodum etiam paratus ad iter esse dicitur, qui impedimento superveniente retinetur. Sed reuera phrasim Scripturæ & Augustini non satis assequuntur. Voluntas enim non sumitur ab Augustino, quando de præparatione voluntatis loquitur, pro potentia, sed pro actu voluntatis, ut sit idem quod volitio. Itaque præparari voluntatem à Domino, non est aliud, quam per gratiam voluntatem seu volitionem fieri seu effici à Domino: quod aliâ phrasi activè dicere solet: Deus operatur ut velimus, seu Deus operatur & velle, Deus donat voluntatem, & hujusmodi, quibus significatur Deus per gratiam non præparare potest: tam voluntatis, vel in ea operari eo fine ut velimus, sed ut efficacissimè in alio loco exprimit, à agere & peragere ut credamus, hoc est ut velimus. Quæ de re fusè ostendimus b suo loco. Hoc ergo sensu præparari seu effici hominis voluntatem seu volitionem indicat passim Augustinus, ut quando dicit in Epistola centesima-septimâ: Ex sine ulis sententijs Catholicis à se prolatis, id conjicit ut consistamus gratia

A Dei præueniri hominum voluntates, id est, volitiones, & per hanc eas potius præparari, quam propriè earum meritum dari. Et inferius: Deum gratia sua auferre insidibus cor lapideum, & præuenire in hominibus bonarum merita voluntatum; ita ut voluntas per antecedentem gratiam præparetur. Quod alijs verbis in eadem Epistola de illa præueniente & præparante gratia loquens dicit: Dat merita ipsa cum datur, quia præuenit hominis voluntatem bonam, nec eam invenit in cuiusquam corde, sed facit. Deus convertit corda hominum: sic agit eorum sensum ut accommodent assensum. Deus & velle operatur & currere, & similia. Et evidentissimè contra Iulianum: Si non præuenit gratia voluntatem, ut operetur eam, sed prius existenti voluntati gratia cooperatur, quomodo verum est, Deus in nobis operatur & velle? Quomodo PRÆPARATUR voluntas à Domino? Et in libro de Gratia & libero arbitrio: Certum est nos mandata servare si volumus, sed quia PRÆPARATUR voluntas à Domino, ab illo petendum est ut tantum velimus, quantum sufficit ut volendo faciamus. Certum est nos velle cum volumus, sed ille facit ut velimus bonum, de quo dictum est, quod paulo ante posui, PRÆPARATUR voluntas à Domino: de quo dictum est: Deus est qui operatur in vobis & velle. Et inferius: Parabat enim Petrus se posse, quod se velle sentiebat. Et quis istam partem dare exspectat charitatem (hoc est, voluntatem bonam seu velle) nisi ille qui præparat voluntatem, id est velle, & cooperando perficit, quod operando incipit. Quoniam qui ut velimus, operatur,

lib. 1. de grat. cap. 16.

lib. de grat. & lib. arbit. cap. 17.

lib. 1. de grat. imper. co. 1. tit. f. 140.

lib. de grat. & lib. arbit. cap. 17.

operatur, incipiens &c. Cujusmodi loca passim obvia sunt, quibus non aliter docet Deum per gratiam preparare voluntatem, nisi quia preparat seu operatur velle, sive per gratiam proprie operantem efficiendo ut velit, sive per cooperantem, ut potentius velit.

Et ista sunt quae de gratiae divisionibus totaque natura ejus & operandi modo, juxta

sancti Augustini & Ecclesiae Romanae & Catholicae mentem, nobis dicenda occurrerunt. Cujus quidem Ecclesiae & universalis ejus Pastori Romani Pontificis iudicio ac censurae, quicquid hac de re vel alia quacunque hactenus scripsi, vel porro in posterum scripturus sum, toto corde ac sinceram mente subijcio.

F I N I S.

CORNELII IANSENII
EPISCOPI IPRENSIS.
DE
GRATIA CHRISTI
SALVATORIS
LIBER QUINTVS.

Qui est de effectibus gratiae Christi.

CAPVT PRIMVM.

Transitur ad effectus gratiae medicinalis Christi. Gratia Christi tantummodo ad diligendum in cuiusvis praeepti impletione Deum necessaria est.



DIXIMVS quid sit adiutorium gratiae Christi, quis operandi modus, quae divisiones ejus, nunc de effectibus ejus non nihil dicendum superest, ad quae videlicet opera bona necessarium sit, an ad omnia quarumcunque potentiarum & virtutum, an vero ad certi generis dumtaxat. Dubitatio quippe suboriri posset ex multis Augustini locis, quae praecedenti libro de caelesti delectatione iustitiae disputantes produximus. Nam videtur inde sequi, nullos actus delectationis esse illam veram gratiam Christi, nisi solos illos quibus trahimur ad diligendam iustitiam aut Deum, hoc est, quibus dilectio seu charitas Dei & proximi nobis, Deo donante, communicatur. Nam pleraque sancti Doctoris loca de tali delectatione intelliguntur. Quod si ita est, jam reliquarum virtutum supernaturalium actus videntur ab homine fieri posse sine gratia Dei. Neque enim opus est actuali dilectionis motu, quo referantur in Deum, ad hoc ut ab homine

A iusto elici possint; quicquid tandem de illa quaestione sentiendum sit, utram tunc tales actus apud deum aliquid mereantur, nec ne.

Respondetur, quisquis ex praecedentibus colligit ex Augustini mente, solam suavitatem qua fiat ut diligamus Deum esse gratiam Christi medicinalem, quam humano generi aegrotanti dedit, recte colligit. Quod quamvis recentioribus Doctoribus valde fortasse mirum videatur, qui putabant, vel omnium aliarum virtutum opera destrui, vel ad naturae vires revocari, ex Augustini tamen mente dubitatione caret. Cujus principia qui penetraverit, doctrinae ipsius, tanquam vere Christianae, puritatem venerabitur potius, quam tanquam a tramite veritatis abstrusam averfabitur. Sed antequam, quo pacto doctrina ejus accipienda sit, ostendamus, eam revera esse hanc ipsam quam asserimus, demonstrandum est; so-
B lam videlicet charitatis inspirationem, qua fiat ut Deum verè, sincerè, & ut oportet diligamus, esse ex Augustini sententia proprie gratiam Salvatoris mundi, prout gratia proprie dicta Christi à scientia distinguitur. Nam scientia